XVII
B
66
NAPOLI

XVII
B
66

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVII
B
66
NAPOLI


LEO MARITIMVS
Elisabeta Piccini f.
B. R. In.

DE DOMINIO MARIS,

LIBRI DVO.

SERENISSIMÆ VENETÆ REIPVBLICÆ dicati.

AVTHORE IOANNE PALATIO.

VENETIIS, M DC LXIII.

Apud Combi, & La Nou.

Superiorum Permiſſu, & Privilegio.

DE

DOMINIO MARIS

LIBRI DVO.

SERENISSIMAE

VENETAE REIPVBLICAE

&c.

AVTHORE

IOANNE PALATIO.

VENETIIS, M DC LXIII.

Apud Combi, & La Noù.

Superiorum Permissu, & Privilegio.

SERENISSIMÆ

VENETÆ REIPVBLICÆ &c.

Ioannes Palatius.

TRemebat Neptunus, cum ferociſſimi Hunni; qui iura nec belli, nec pacis audierant, Italiam totam miſerimè diripuere. Nobiliores Ro-

manorum Familias in huiuſcè ſinus paludibus pauore compulſas, veſtriſquè coniunctas conſulere decreuit, ibiquè ſupplex, omnibus vndiquè deuaſtatis, nec Ponti Numina Secura à Barbarorũ querebatur iniuria. Imperiali non protectus culmine, vanam deridebat potentiam, & irreparabili tyrranide cinctos Italos accolas, belliſquè ſuppreſſos internis miſerabatur Hinc Adriacis offerebat tridentem, ſtagnorumquè

ſe-

ſedem & ſolum lambiẽs, vt oſcularetur accedere, ſtatimquè refluere iurabat, ſi mutuam curam polliceretis. Magna Reipublicæ gloria, quà factum eſt, vt adhuc pubeſcentem, Maris Numina precarentur in ſubſidium. Conſenſere Venerabundi illi Patres, qui, ſtatim innocentia & Religione Veneti polos Orbis firmarunt. Et Conueniens fuit, Venetam gloriam exordium à regimine deducere; iuſtumque

què conſurgentem Rem publicam, ſi homines deſinerent, Numinibus imperare. Vrbe conſtructa, *Virtutis refugiũ* poſuere prò titulo, quæ inter Venetos gloriabunda ad hunc diẽ inconcuſsè triũphat. Adoleſcentem Reginam ſtatim Oceano ſponſalibus donarunt, fideliquè ſanguine in Barbaros effuſo fædus initum in eorundem ceruicibus delinearunt, & Alexandro, Pontifice. III. auctore, Friderici Enobar

bæ

bæ victo filio, nuptias ſolemniter celebrarunt. Inſigne coniugium, cuius æternitatis circulus, Imperatore patrino, vniuerſo teſte per Chriſti Vicariũ fęliciter clauſus, Hoc vltrà de vobis obſtupeſcit Orbis(&cęlo gratias)quod inter tot Maris, telluriſq; trophæa, omnes pares, nemoquè videatur ſeruire; & quilibet libentius obediat quam imperet. Hinc ambitio, hinc inuidia longè aberrant, & paternã reformidantes cuſtodiam,

inconcuſſum venerantur
regimen, quod ſolo vinci-
tur amore, ſolumquè al-
terius ergà Patriam quili-
bet inuidet vigilãtię; Sic-
què mutua augetur ſolli-
citudine, inuiſaquè cura
vrgens æmulationem, de-
mum conſurgit in gloriã.
Gloria quà veſtrum non
ſolum, ſed exterorum ful-
citur imperium. Hinc Ve-
netorum tincta ſanguine
Cardinalitia ridet purpu
ra, pietatiſquè veſtræ re-
migijs toties ſecura por-
tum adijt Petri concuſsa

na.

nauicula. Quot fuerint Barbarorũ vires & quoties oppreſsæ: Quot Bella fęliciter geſta, quot Imperia ſubacta, quot Chriſtiano Orbi reſtitutæ Prouinciæ; locupletati referunt annales ipſa venerante fama, ipſa admirante gloria, ipſa obſtupeſcente natura. Quæ vnquam Reſpublica paritate certabit? Romana, iam cedit. Cumquè vos tam longam fæliciter ducatis in lineam, ſemperquè florentem, reliquæ à tergo relictæ gra-

 dum

dum ſiſtunt admirabundæ. Ideò quàm benè de me, aut natura aut fortuna merentur, quæ tanto me Dominio ſubijci dederunt, huiuſquè feliciſſimæ Patriæ ſinum natalibus præbuere ſecundum. Secundum inquam; cum inter eos queam enumerari, qui Sereniſsimo huic Imperio thronũ extruunt, Principis enim celſitudo ex ſubditorum copia firmatur. Sed tantam nactus ſortem adhuc infelix vocarer, niſi aliqua deuo-

tio-

tionis nota in veſtræ celſi-
tudinis conſpectu meum
ſignaretur obſequium.
Miſerimum enim eſſe in-
ter cæteros compertum
eſt illum, qui partialiter à
Principe non diſtingui-
tur. Hoc Maris Adriatici
de dominio opuſculo meæ
quæratur humilitati no-
titia; Quod vobis Patres
Sapientiſſimi, votiuus ex
hibeo. Opus à materia ſu-
blimatur, cumquè Maris
ipſius dominium inter cæ-
teros Reipublicæ faſtus
mirabiliter exurgat, eiu-

ſcè encomia excipere benigne non dedignemini. nihil indè niſi veniam peto: Solum enim audeo ferueſcentis animi humilitatem exponere, pronæquè voluntatis monumentũ extollere, vt in poſterum meæ humilitatis propenſa aptitudo conſtaret, & occaſione permittente me nõ indignum ſeruitutis exhibere quod humiliter expoſcit.

Seru. & Subditus Humilliſs.
Reuerentiſs.
Ioannes Palatius.

Illuſtriſ. & Excellentiſſ. D. D.

ANDREÆ CONTARENO,
NICOLAO SAGREDO,
BAPTISTÆ NANIO,
ÆQVITIBVS,
AC D. MARCI PROCVRATORIBVS
Meritiſsimis, ac ſtudiorum mode-ratoribus Vigilantiſsimis.

Ioannes Palatius. S.

VEnetorum ea eſt minerua, vt neruis ſuæ libertati excubare dicantur, quandò prò Principis maieſtate imolato corpore, animi oſtē-

rent

tent affectum. Sic Princeps tunc proprium credit Cornu gemmatum, cum prò ſubditorum indemnitate, liberorum faciat iacturam. Superis habeo gratias, quod vndis incluſus, ad littora, & ego libertatis ea erſerim; indè ad litteraria traiectus emporia, quæ cum Venetijs tum Patauij publico ære, etiã ergà extraneos diriguntur moderatione. Ibi ex tanto Athæneo fatiſcens delibaui quid potui: hoc mihi ſatis: quantum natura ſubditus, tantum ergà patriam arte deuotus. Obſequij pignore hoſcè libros deuo; quos veſtro cribratos examine condecoratos ſigillo typis mandabo.

Horum

Horum alter inſcribetur.
De Dominio Maris.
alter
De Dominio Sereniſsimæ Venetæ Reipublicæ in mari Adriatico.

Animabitur præſens opus Hyſtoria, Politica Iuriſprudentia. Eius alimenta Principum conſuetudines, quæ nè fraudentur, omnes, vt de more, tum aulicos, tum leguleos in ipſas adortos præuideo, omnia tamen accepta ſpero, quandò ab Illuſtriſſimis, atquè Excellentiſsimis dominationibus veſtris, præmiſsis publicis priuatiſque cenſuris, ſignetur *placet*, quod humiliter imploro.

Materiam legalem tibi, ANDREAS CONTA-

RENE

RENE Eques Procuratorquè digniſsime, inter cetera ſubmitto, qui tantoru n tuorum gentilitio propriorumq; Magiſtratuū regimine quamuis Princeps legibus non derogas, ſed verum pietatis exemplar, iuxtà leges viuens, leges ipſæ tibi obedire ſuperbiunt. Tibi qui tanta in ſubditorum imperio es vſus prudentia, vt dignus videaris regere non ſublunaria, ſed cauſas: ipſumquè Cælum te ibi regnante, omni neglecta intelligentia, dulciori, quàm ſomniauerit Pithagoras harmonia irrequietò motu cieretur. Hinc Aegyptij, quibus ſemper mos fuit ſapientiæ miſteria ſecretis abdere figuris,

tot ante ſecula, prophetico quodam ſpiritu Aſtręam capite effinxere obtruncatam, te enim non adhuc exorto, temerarium fuiſſet qualecumquè directionis inſigne. quidquid igitur aliàs defuit nunc reddatur Aſtręæ; veteris enim deficientia ſupoſiti in te mirabiliter adimpletur. Caput ergò redatur: ſed quale, Serapidis ſtatuæ legitur inſculptū, quæ sferam prò ceruice geſtabat. Te enim mœtiente, iuſtitia proprijs ęquilibrata ordinibus, Cæleſti etiam æquiparat, politici huius orbis harmoniam. Et quidem ſi perpendamus tempus, quò te Poloni, Germaniquè obſtupuere Orantem, te verum ſa-

pientiæ

pientiæ oraculum ſunt admirati. Quo nunquam dignius Reipub. maieſtas exceluit; quo illi venientem te excipiebant amore diſcedentē amore, & veneratione proſequebantur. Incongruum eſſet, obnoxiumq. tuæ gloriæ, parentum inſignia reſſere; ſiquidem meritis, non Proauis innixus quæ ſparſim fecerunt omnes, Vnus feciſti imò ad Proauos illuſtrandos, ſi numquā aliud egiſſent, ſufficeret ex illis, te natum aſſerere.

Tu vero NICOLAE SAGREDE, cui dignitates, vt decus acciperent, ſeſe ſponte obtulere, Iuriſdictionalia, mera, mixtaquè Imperia, quæ publico meo referun-

tur monumento, quando ſundata, Æques ac Procurator Excellentiſſime, ſi videberis, dabis: ea te volunt vti prius Imperio dignum, quam natum; eodem enim die tibi vitam cum Imperio collatam, interquè cunabula Aequeſtri ac Procuratoria dignitate donatum, Cantant Cæli, plaudent Elementa. Elementa quę ad tui compaginem concurrere exiliunt; Cæli, qui ad tui fælicitatem influere ſuperbiūt Aſtrorum caracteribus tibi ſacrata purpura; ſolum temporis euentū dictauit Fortuna. Quoties ad Orbem Orator, toties ille confeſſus eo tuæ gloriæ terminos quo eius poſſeſſionis limina: Tantum

tibi

tibi Procuratoria dignitas; quantum vaſto riuulus Oceano, ſed cum tot meritorum cumulum numquam natura præuiderit, quò dignè eleueris, nihil in Orbe conſtituit, Forſan impotens: cum te præmijs ſolum afficere potuiſſet quid immortalite ſuperius. Sed id quod exigis, id valet illuſtrare quod poſſides, & tu Purpuram, non tu à Purpura exornaris: in te enim potentia actualitatem extollit. Quidquid libuit effinxerit Antiquitas Honori, tuo in pectore Cęlo dignius exhibes ſacrarium. Imò ſi Labori, Honoriquè coniunctim extructa legimus templa, profana illa cogimur aſſerere, & à te in ſub-

ditorum regimine laborem adhibitum, & indè honorem ſuſceptum, nunc ſolum æternitatis necnõ diuinitatis inſignia percepiſſe. Sed quid multa fatiger enumerando, & citius deficiam, quam finiam.

Tibi tandem BAPTISTA NANI Aeques ac Procurator Excellentiſſime naualium hyſtoriarum ſubijcio, imò reſtituo compendium, maxima enim pars, è tuo emergit ærario, vbi tanta rerum varietate, & copia oblectabar, vt Platonicum mihi præſignarem conuiuium. Quis enim ſuauior animi cibus offerri potuit, quam tua hyſtoria, in qua cum magnitudine, ac diuerſitate rerum geſtarum, ver-

borum coniuncto ſplendore, orationis ſuauitas, continuis quaſi ſententiarum aſpergitur luminibus, vide, & ſummus Hyſtoricus, & maximus ſplẽdeas Orator. Ibi Monarcharum omnigena conſilia, ex quibus quid in hac vita expetendum, quid declinandum, ad proprium vſum lector præteritorum cõmotus exemplis traducere poteſt. Cęſar vt propriam tuæ præuiſæ virtuti æquaret fortunam, de bello Gallico, & ipſe ędidit cõmentaria. Hyſtoriam tuam quanti faciant, dicant magnates (reticeo nomina, nè videar multiẽdi gratia reponere) qui tuarum Hiſtoriarum lectionibus eruditi, ab eis, arcana

prin-

Principum, bellorum motus qua de cauſa adiſcentes ſuſcepta, pro felici valeant, inſtrui regimine. Tãtæ gloriæ Auguſtiſſimorum tuorum parentũ adiungerem imaginem, præſentes colligerem purpuras, ſed tibi iniurius, qui cum non aliundè quam ex te virtutem didiceris, tamen omnium ſtupore ità operari potuiſti, vt quidquid agas tamquã axioma ciuilis vitæ veneretur. Siquidem imitationis expers, nulli magis es ſimilis quam tibi: tuorum igitur recuſo panegerim, quià auitę memoriæ ſat ſit tuæ maximę virtutis encomium. Ex antiquis quidam infelices eos appellabat, quibus Alexandri tempori-

bus

bus viuere non contingit : at ego verius eoſdem infortunatos dicam ; quià temporum iniuria tantum virum non accidit admirari: tantum virum, cui natura parem cum edere nequeat, propria ſterilitate gloriabunda, illi vt inimitabili ſe præbet obſequentem. Sed quid multa ? quiſquis tantam audebit comēdare virtutem? nequè egoità aberro, vt credam, me id dicere poſſe, quod exigis, ſed id cogor adumbrare quod intendo. Excuſate Patres cycnum canentem ſimulquè fugientem à volitante fama, quæ indignata ſola prætendit officium: aduertat tamen & ipſa Orphei ſtatuam coram Ale-

xan-

xandro emiſiſſe ſudorem, vndè, & ſuperis non exigui laboris eſſe vos tantos prę oculis habere viros, qui animi ſuſcitantes obſequium linguas congregatis ad laudem.

Seru: Humiliſs: Deuotiſs:

LECTORI.

TRia teneo, amice lector, lucubrata opera. Primum, titulum expectat à temporum accidentibus: Secundum ſtatutariæ Arboris ornatur nomine: Tertium (quod legendum beneuolentiæ tuæ præbeo) Leo maritimus inſcribitur. Hoc vltimum, eruditorum ſæpius exhibitum cenſuræ, horum plauſu lucem efflagitabat. Negabam ipſe: eos timens, qui alterius exaltatione perteriti, tunc deprimi paueſcunt cum aliorum ſudoribus famam indulgere conſpiciunt. Timebam eos ſcorpiones, qui, ex Plinio, nonniſi domeſticos offendunt, ad-

uenas

uenas lambiunt: eos crocodillos, qui deficiente lingua, morſu nulli cedunt. His omnibus attamen occurrere cogitaui, opuſculum venenatis ſubmittendo calamis, auctoris ignoto nomine. Vt veritatem nudarem: nulloquè palliata amictu facilius caninos detractores, & ad latratum, & ad morſum incitaret. Conticuerunt omnes, multiſq; (dubium an fictè, vel vere) admirationis illecebris typos augurari cæperunt. Acquieui, nomen repoſui, typis dedi, & in publicum deduxi. In eo intima Iuriſprudentiæ, cribrata reperies. Polytices, & Hiſtoria non longè errabunt, ac plus in Polytica vagare Occanum, quam in Oceano Polyticem dices. Iuris comunitatem ex illis dabo, quibus miſera plebs primeuæ naturæ auguratur primordium; & iure ſeruiens, per iniquitatem introductam queritur ſeruitutem. Scio nonnullos dicturos, iam eruditiſſimè in hac materia ſcripſiſſe Seldenum reſcripſiſſe Burgum: ad quid igitur nouum exemplum? Vidi Burgum, vidi Seldenum:

num ; ingenioſum primum, eruditiſſimum confiteor Secundum. Numquid totum ipſi abſorbuere mare? Lege, & ſollicitudini huic noſtræ comparatione non neglecta, tunc iudicium obire contende. Cultus elocutionis abeſt: ſcripſi enim vt Iuriſconſultus, non vt orator. Si in aliquo peccatum eſt noli dicax eſſe, ſed corrector: non enim claritate oſtentationis oblector, ſed mihi excuſatio ſufficit, vt lauder. Vale.

Noi Reformatori del Studio di Padoa.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquiſitore, nel Libro intitolato DE DOMINIO MARIS del Dottor ZVANNE PALAZZI non eſserui coſa alcuna contro la Santa Fede catolica

&

& parimente per atteſtato del Secretario Noſtro niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo licenza che ſij ſtampato oſseruandoſi li ordeni ſoliti.

Dat. 20 Nou. 1662.

Andrea Contarini Cau. e Procur.
Nicolò Sagredo, Cau. e Proc.
Battiſta Nani Cau. e Proc.

Angelo Nicoloſi Secr.

IOANNIS PALATII

De Dominio Maris.

LIBER PRIMVS.

Caput I.

1 DOminio Mare nō ſubditum imò repugnans, craſſa quędam & antiquę Iuriſprudentiæ lectura, & intelligentia delineat. Diuiſis rebus in comunes (inter quas Mare, Aer, Aqua profluens) publicas, Vniuerſitatis, Singulorum *titulo de rerum diuiſione*, quaſi quod comunium rerũ, dominij titulo proſtitueretur eſſentia, &

cõculçaretur natura;noſtrorum temporum legulei compaginarunt prologuium: *Mare liberum eſt, & dominij non agnoſcit titulum*. Verum quãtum noua ac vndequaq. peccans ſit præfata proluſio, Ratio, Auctoritas Diuina, tum Humana ſimul cum experientia probabit. Hiſce nonnulla antecedent præcognita, quibus, vti facibus, per antra manuducemur ſophiſmatum, vt. tandem veritate radiante, ſub argumentorum tegmine verę Sophiæ epulemur conuiuio.

2 Eorum igitur prima culpa è quadam opinione, Poeſis & hyſtoriæ non ſecernente limina, ęquaq. lance phantaſticos, & intellectuales librante partus traxit exordium. Hinc fraternam mundi ſocietatem aureo ſigillatam fædere, primæuam hominũ natam ætate, facilè crediderunt Naſonis ſectarij.

Au-

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua, ſine lege fidem rectumq; colebat
Pœna metuſque aberant, nec verba minantia fixo
Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui, ſed erant ſine iudice tuti.

3. Ex hac rerum communione, quam primeuæ naturæ debachantur moderni, Maris repugnantiam contrà dominium deducere tentant: minimè attendentes quod ex præmiſſis, quarum ratio, *ipſe dixit*, non alia illatio, quam cur? quomodo? quare? vt ideo, & minimum aduerſantium remoueamus, lapidem quambreuiter decantatæ dabo comunitatis fabulas.

4 Primum obiter noto, parui facere talem qualem Iuris naturalis diuiſionem in *primæuum* ho-

minibus brutiſquè comune; & *ſecundarium*, hominum propriũ; quam inter alios ſuadere conatur, aliàs doctiſſimus *M. Aurelius Galuanus Ferrarienſis, var. diſſer. c.5. de vſufructu. num.7.* numquã enim in legalibus monumentis huiuſcemodi primæui & ſecundarij nomina delineata reperij; vndè eorum praxis mancum ſignaret Vlpianum in *l.1. ff. de iuſtitia & iure.* quando vnicum aſſignauit naturale ius, vnicumque ius gentium. Nec refragatur ſolutio Vlrici & Bacchouij ad Treutlherum, ſegregantium ius naturale in nobiſcum natum, quodque cum ipſo humano genere, rerum natura prodidit: *§. Singulorum de rerum diuiſione*, & in ratione inuentum, humanis vrgentibus neceſſitatibus. *§.2. de iur. nal. gent. & ciu.* quæ quidem iura, congruentiori non valent deſignari titulo, quam

pri-

primæui & ſecundarij, ea ratione qua in nominum impoſitione ſtandum eſt primis, quando maxime nomina ſunt conueniẽtia rebus. *§. eſt aliud De Donation.*
5 Vbi enim hoc Ius quod brutis cõmune? ſi in arboris apice, ius, cõmune ad *naturale, gentium, & ciuile* ſegregatur ab Vlpiano, per artem æqui & boni. *l. 1. ff. iuſtit. & iure.* in brutis quando ars? *Soli ratione vtentes iure, & legibus viuunt. Cicer. lib. 2. de nat. Deor.* qualis enim iuris eſt pręſũptio? & argumentũ? dicat. Phil. *l. 5. ethic. c. 10.* comunio: cũ brutis nulla comunio; ergo nec ius. videas Auguſt. ſuper Leuit. c. 29. vt refertur in c. 4. 15. q. 4. *mulier quę acceſſerit ad omne pecus aſcendi ab eo, interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei ſunt: queritur quomodo ſit reum pecus, cum ſit irrationale, nec vllo modo legis capax? pecora inde credendum eſt iuſſa interfici, quia tali*

flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriā quomodo *enim animal iniuria fecciſſe dicetur, ſi ſenſu caret? l.* 1. *§.* 3. *ff. ſi quadrup. pauper. fec. dic.* Sicuti *igitur inter homines iuris eſſe vincula putant, ſic hominis nihil iuris eſſe cum beſtijs. Cic. lib.* 3. *de finibus.*

6 Nec vltrà probat eruditiſſimus Galuanus ex Vlpiano in *l.* 1. *ff. de iuſt. & iure.* quando reſcripſit: *Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit:* item. *nam ius iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnium animalium quæ in Cælo, quæ in terra, quæ in Mari naſcuntur: videmus etenim cætera quoquè animalia iſtius iuris peritia cenſeri.* Sumpto enim naturali iure, craſſa quadam minerua generice non ſpecifice; æquiuocè non vniuocè; materialiter non formaliter & ſecundum ſimilitudinem, nec nos brutis naturale ius negamus; quod tamen prout irrationabili-

bus

bus incluſum, ſi recto ſermone veniret ſignandum, non Ius, ſed inſtinctus, propenſio, inclinatio, diceretur. Quod ſi iterum inſtent eodem titulo iuris, hominum naturatum arbitrium, & brutorum neceſſariā inclinationem decorari ab Vlpiano in digeſtis, & Imperatore in organo? facilè dices hominum electionem, & beſtiarum neceſſitatem ſtare ſub arbore iuris; vti ſtant homo viuus, & homo pictus ſub æquiuoca animalis linea, quorum ſ. nomen comune, ratio verò ſubſtantiæ diuerſa; quidquid enim recipitur ad modum reccipiētis reccipitur. Definitur naturale ius *inſtinctus naturæ cum ratione:* Sub illo materiali inſtinctu veniunt homines accedunt bruta; ſub illo formali rationis, à beſtijs pluſquā Cœlo diſtant homines, quæ tamen vi ſimilitudinis, iuris vſurpant titu-

lum comparatiuè ad homines; hinc Veſemb. in parat. lib. 1. titul. 1. *huiuſmodi affectiones ius dicuntur reſpectu hominis, qui ſolus iure, hoc eſt, recta ratione (cuius ſolus eſt particeps) regitur.*

§. 7 Huius Iuris rerum comunionem confiteor eo tamen modo, quo theologorum ſchola, duce Thoma. part. 2. q 94. ar. 5. declarat: *negatiuè non poſitiuè* iure naturali .ſ. nulli applicatæ, ſed applicandæ cuiquè occupanti indiferenter relictæ, vel dicamus, vt notat Leſſius lib. 2. ca. 5. dub. 2. *res omnes dici comunes partim negatiuè, quia ius naturæ diuiſionem haud præcepit: partim poſitiuè, quia omnibus poteſtatem fecit vtendi quauis re, & dominij capiendi priuſquam ab aliquo ſint occupatæ, quod ius etiamnum durat.* videas igitur ius naturæ æqualiter ſe habere in rebus ocupabilibus ad cõmunionem, & diuiſionem, è quo dedu-

deducunt Thomiſtæ præcepta Decalogi (inter quæ non furaberis) eo quia naturaliſſima, indiſpenſabilia eſſe ab ipſo etiam Deo, qui ſumma veritas, ipſa iuſtitia. Quod ſi obijciatur Hiſtoria de prætioſis Aegyptiorum, quæ Iſraeliticis fuere conceſſa *ca.* 21. *Exodi* replicat Angelicus doctor par. 2. q. 190. art. 8. ad. 3. illud factum à Deo tamquam ſupremo Domino, iure creationis, quo ordine omnia liberè conſeruat, & ſuſtinet, non autem vti Legislatore, cuius officium perſonas non reſpicere, nec rerum mutare ordinem, non, leges diſpenſando, ſubuertere; tunc enim rigoroſa dicitur diſpenſatio quando rerum retento ſtatu, permituntur prohibita, ſecundum illas conditiones, ſecundū quas ſtant ſub prohibitione. Si igitur iuxtà Thomiſtas, imo veritatem præcepta illa Decalogi

adeo ſtricte concludunt, vt nec per Deum diſpenſari valeant, quantum naturalis credenda rerum diuiſio, quæ præcepto nõ furandi dat fundamentum vt vult Scotus Sentent. 3. d. 37. q. 1. Imo adiungerem ego non furandi præceptum forſam magis naturale eſſe ſaltem reſpectu cognitionis ſi non dignitatis quam præceptum primæ tabulæ: *non adorabis alienos Deos*: illud enim ſolo naturali lumine abſq; ſupernaturali auxilio cognoſcitur ſub vmbra illus regulæ, *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* quod non verificatur de iſto: *non adorabis alienos Deos*.

8 Rerum igitur diuiſionem iuri naturæ conſentaneam quemadmodum earundem communionem credo, adquè ipſas naturam indiferentem exiſtimo; & forſam magis diuiſioni propenſam ſaltem poſt lapſum dicerent

multi.

multi: imò tempore incorruptæ naturæ, rernm comunioni earundem alligatam diuiſionem dicerem ego, vt inferius probabo; modo ſatis ſit, ad futuram vniuerſalis ſocietatis depreſſionem, quæ tanto decantatur neceſſaria (Platonicę forſam Reipublicæ inhærendo præceptis, quibus nefariæ, & inceſtuoſæ nuptiæ indiuiduam vxoris ſcortabant carnem, ac Vniuerſum lupanare volebant) ſupponere cum croniſta Moyſe Geneſ. 4. quod ſtatim nati filij Adæ Abel & Cain nacti ſunt Mundi diuiſionem. *Obtulit quippe Cain de fructibus terræ, & Abel de primogenitis gregis ſui, & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit.* nota nomina illa: *gregis ſui:* item: *munera eius:* item *munera illius*. quæ quidem vocabula nō applicarentur, quandò non vr-

geret dominorũ diſtinctio, quę quantumuis lata, & pondere grauis, non vltrà duplicem exigit baſim pro fundamento, quas *meum, & tuum* litium columnas decantauit Poeta.

Si duo de noſtris tollas pronomina rebus.

Prælia ceſſarent, pax ſine lite foret.

veridicus Poeta, quandò non intonaret ſcriptura: *In ſudore vultus tui, veſceris pane tuo. Terra, ſpinas & Tribulos germinabit tibi. Genſ. 3.* meritò igitur & notanter Moyſes ſignauit munera oblata Deo à duobus fratribus, pronomine *ſui* ſignantis dominium, alias ſi cuiquè propria non fuiſſent munera illa, qualem mereretur laudem Abel, vel demereretur Cain. Prętereà quid iuris habebat Cain in pecudes quarũ fętus cura Abel naſcebãtur, & nutriebãtur? ſiceverſa vice quale ius pretẽdere poterat Abel cõtrà terrã,

cuius fructus cultura & ſudore Cain naſcebantur : *fuit autem Abel paſtor ouium, & Cain Agricola. Geneſ.* 4. en igitur quod patrata inobedientiæ culpa, per quã Diabolo alligati ſtamus, nec tẽporis momento vacuum peregrinabatur dominium, ſed ad maiorem hominum conſeruationem pacem, & quietem, aut ſaltem nè in deterius præcipites dilaberemur, rerum eſt introductum dominium æternaquè ſanctione firmatum. In ſudore vultus tui *veſceris pane tuo.* en *meũ, & tuum*: medicinalia calcaria contrà humani generis inſolentiam ad culturam, & curam, vndè tot laboribus veneratam comunem matrem, puderet Spinis, & tribulis proprios conciliare filios; quæ tamen neceſſaria, dominij enim excluſo circulo, vnoquoq; culturæ ſubterfugiente opus, terra remanſiſſet inculta, ſolum

feſtinantes ac in ſtadio curren-
tes ſub vmbra comunitatis, quā-
do, & minimi venirent recolli-
gendi fructus, vt tunc non voca-
ti viderentur electi; hinc alimē-
torum cauſa inuicem trucidari,
quid obſtitiſſet? ſingulis decla-
mantibus laborum ſuorum vel-
le mercedem: quid dicendum?
comunitatē adducentibus, quid
replicandum? Iuriſtarum expe-
rimento, Societatem, matrem
eſſe diſcordiæ, vnde & ante prę-
finitum tempus & ſi altero inui-
to ſocio poſſe diſſolui. *Imper. ti-
titulo de ſociet. inſtit. 3. §. 4. manet*
videas igitur, & præpondera,
quantum comunitati largiaris.
ſocietate enim donando, nulli
donas. Huius comunitatis in-
comoda experti Sanctiſſimi Pa-
triarchæ Abraham, & Loth.
Geneſ. 13. Iacob, & Laban. Ge-
neſ. 31. coacti ſunt terram, bona,
ſeipſoſque diuidere, nè iurgium
eſſet

eſſet inter fratres : Imò Deus ipſe (teſte Paulo act.7.c.26.) comiſerando creaturarum ſtatum ſocietatis culpa miſerimum, intra lapideos terminos ſeggregauit dominia. *fecitque Deus ex vno ſanguine totam gentem hominũ, vt habitaret in vniuerſa ſuperficie terræ, poſitis terminis habitationis eorum*. Sed quid vltrà deſiderabitur contra comunitatẽ, quandò etiam primordio incorruptæ naturæ licitam diuiſionem probabo? probo igitur.

§. 9 Quærendo: ſi ego. V.g. exiſtens in naturæ non deprauatæ primordio, collegiſſem fructus iuxta neceſſitatem perſonæ ad manducandum, & bibendum, poſtea ſuperueniret Titius intendens fructus iam à me proprio labore perceptos abripere, poſſẽ nè licitè reſiſtere, eo quià mei facti per perceptionem, & collectionem? (quæ dicitur mo.

dus

dus adquirendi dominium de iure naturæ *§. ſi quis à non Domino. 35. de rerum diuiſione* vbi, fructus etiam in alieno fundo percepti, ſi ſub vmbra bonę fidei, naturali ratione fiunt percipientis) nulli dubium: ergo, & iure incorruptæ naturæ dabantur meum, & tuum, ſi non reſpectu omnium; nonnullorum ſaltem.

2 Adhuc multa dantur, quæ incorruptæ naturæ conſeruant effigiem, & tamen ſtat ipſis annexa rerũ diuiſio, non furãdi recta præcepto; ergo totiès decantata rerũ comunio non ſic ſtringit de iure naturę vt præſumunt contrarij. antecedens probatur quod primam partem per *§. 1. & iure naturali.* cum 2.3.4.5. *de rerum diuiſione*, habetur ibi, quod *iure naturali comunia ſunt omnium aer, aqua profluens, mare, littora* maris; vnde ad littus maris nemo accedere prohibetur. ſic in

§. 2.

§. 2. ius piſcandi in portu, & fluminibus omnibus comune eſſe debet. ſic in §. 4. riparum vſus publicus eſt, vndè quilibet poteſt retia ſicare, ex mari deducere, & nemo poterit me vti furem accuſare ſi aquam profluentem auferam in vaſe, ſi piſces ex mari deducam, ſi arboribus vtar ad ligãdam nauẽ meã, cum ſint omnia comunia, en igitur ad vnguẽ incoruptæ naturæ naturale ius. His poſitis modò quero ſi quis velit aquam abripere, quam in vaſe ſeruatam à continente ſeniuctam teneo, potero ne abripientem furti actione perſequi? ſi velit mihi auferre piſces, quos ex mari deduxi, potero nè ipſum furem declamare? ſi velit reſcindere funem nauis meæ, quam arbori in ripa poſitæ alligaui, probando quod riparum vſus publicus ſit, iuſtè nè faciet? ſuppoſito quod

&

& nunc viueret incorrupta natura? certè non. ego etiam tempore incorruptæ naturæ dabantur meum, & tuum diuiſionis columnæ, ad quorum conſeruationem vigebat, & tunc etiàm quoad exercitium non furandi preceptum.

3 Et fortius Superueniente extrema neceſſitate quæ ponit, & reducit hominē ad caſum iuris naturalis non deprauati, nonnè omnia fiunt communia, vndè veniunt cuiquè comunicanda. Accurſius. in *l.* 2. *ff. ad l. Rod: de iactu?* verum ponamus quod duo ſint in extrema neceſſitate, fameque ad extremum laborēt; demus etiā quod vnicus ſit panis in manu nullius, ſed in publica via occupandus: quero ſi eorum vnus extrema laborātium neceſſitate panem illum occupauerit, dicetur nè furtum co. mittere? negatiuè reſpondent om-

omnes quia cum ille panis ſit per neceſcitatē comunis factus, & nondum occupatus, fit vt occupantis fiat; quod enim antè nullius eſt, id naturali ratione ocupanti conceditur. *§. feræ* 12. *de rerum diuiſione.* ocupetur igitur ille panis ab eorum vno, poterit nè alter, & ſi exiſtat in extrema neceſcitate panem iam occupatum abripere è manu illius qui iam occupauit? negatiuè reſpondēt omnes, cum iam per occupationem iure naturæ factus ſit dominus; imo ſurripiēdo diceretur ſimul cum rapina homicidium comittere. Sic pariter à primordio incorruptę naturæ erant omnia comunia, ideſt ab omnibus licitè occupāda, ea occupantibus non impu. tabatur furtum, occupata tamē arripere ab eo qui iam primus ocupauerat, furtum manifeſtū. nec plus probat rerum comu-
nio

nio, nam ſi in extrema neceſitate ocupatio facit particularia ea quę ſtrictiſſimo iure naturę etiã non deprauatæ, ſunt, & debent eſſe comunia, quarè, & primordio non deprauatæ naturæ non dicemus ocupationem particularizare ac ſub dominio occupãtis ponere ea, quæ antequam ocuparentur erant comunia?

10 Præmitendum 2. circà naturam iuris, quo medio noſtra venit concludenda quæſtio, ipſum ab Vlpiano in l. 1. ff. de iuſtitia & iure. *æqui boniquè artem* definiri: ipſumque diuidi ab eodem in 2. §. citatæ legis in naturale gentium, & ciuile. explicatur naturale per *inſtinctum naturæ rationis moderamine ductum*. cuius effectus: Maris, & feminæ coniunctio; Liberorum procreatio, educatio. §. 3. eod: Item Religio erga Deum, nulla enim gens quãtumuis fera quæ Deum

exi-

exiſtentiam neget, licet Dei eſ-ſẽtia ĩter mortales legitimũ Chri ſti Vicarium non agnoſentes, & Concilia, Paraclyti tubam non admittentes, controuertatur; vnde pſalmiſta: *dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus*. Eiuſ-dem naturalis iuris dicitur Amor Patriæ, & Parentum, tam enim pater quam patria concurrunt licet diuerſimodè, ad generatio-nem, quià ille per ſe, hæc verò per acidens dans loci qualitatẽ. ità notauit Magiſter meus in ſuis philoſophicis lucubrationibus, eruditiſſimus *Io: Baptiſta de Fabris*, Ariſtotelicæ doctrinæ lumen Prẹsbyterorũ decus, pieta-tis exemplar. ex eo dixere Iuri-ſtẹ Patrem, & Filium vnicam cenſeri perſonam *l. final.* *C. de impub*: idemquè replicarunt de Patria ad *l. qui ff. de legibus* vn-de Poeta.

Hinc Patriæ fines, & dulcia lin-quimus arua. quæ

quæ tamen vera ſi naturale ius ſtrictè ſumatur non quadã craſsa minerua vti per expoſitores, Iuris effectus in naturales affectiones recomutando, & gratia tyronum, verborum ſignificatu abutendo, vt ſuprà. Huic ſuccedit ius gentium, & deſcribitur: *Naturæ inſtinctus rationis moderamine ductus, humanis exigentibus ſuſcitatum neceſſitatibus, vniuerſaliter practicatus.* §.4.l.1.ff. de iuſtitia, & iure. deſcribitur tandem ius ciuile eadem oratione, qua ius gentium, vnica ſolum mutata particula dicendo: *Ius ciuile, eſt naturæ inſtinctus rationis moderamine ductus; exigentibus humanis ſuſcitatum neceſcitatibus, particulariter practicatum.*

§. 11 Præmito 3. bifariam ius naturale ſumi, aut qua obligatiuũ, aut qua præceptiuum. primum ſic ego explicarem, vt illud ſit, ſine quo humana natura nõ poſ-

ſet comode illibata ſeruari, vndè eius præcepta ſeù melius principia definit Scotus Sent. 3. d. q. 1. Fauēt ibid: prīcipia p ſe practica, per ſe nota, ac neceſſariò concludentia; quorū exemplum: quod tibi fieri non vis alteri nè feceris ſub hac regula etiā ante Mundi creationē continebantur omnia pręcepta Dæcalogi ſecundæ tabulæ ſaltem quoad conexionem terminorum, & veritatem propoſitionis; nunc autem non ſolum ſtant quoad conexionē terminorum, veritatem propoſitionis, verum etiam quoad exercitium actus. Koelin 12. p. 2. D. Thom. q. 100. ar. 8. non enim ſine illis haberi poſſet anima corporis politici ſ. quies, & pax. Permiſſiuum tandem naturale ius illud eſt, ad quod indiferenter, & negatiuè ſe habet natura, cum ab ipſo non ità pendeat Mūdi quies, vti pendet ab obligati-

uo

uo naturali iure. exemplum ſit in contractibus, ſeruitutibus, moderatione eorundem, quæ omnia iuris naturalis conſeruandi gratia introducta, aut ſaltem ipſum intra rationis intercludendi limina, ne in deterius abiret. Hinc notabis cum diuo Thoma. 2.2. q. 95. art. 5. in reſponſione ad tertium. cum Grotio de iure Belli, & pacis lib. 2. c. 3. §. 6. Ius gentium (quod, naturalis iuris, ob hominum delirameta infirmi, medicum dico) multa ſtatuere poſſe præter naturam, contrà autem naturam nihil. Vel clarius dicerem ego à iure gentium gementis naturæ protomedico nil directe contrà ipſam excogitari, benè tamen multa contra ipſam indirectè tantum, non per ſe, ſed per accidens, & præter agentis intentionem pugnantia licitè terminari, & concludi; quæ omnia inſpecto iu-

riſgentium intentione, & fine, non aliud petunt, quam iuris naturalis conſeruationem, & ſanitatem. exemplum in pharmaco, quod infirmo valetudinis gratia preſentat medicus, ab illo tamen ſtatim pallor, citò debilitas: cauſat ergo medicus pallorē, & debilitatem in infirmo? non cauſat medicus, nō influit pharmacum, niſi per accidens, occaſionaliter, præter agentis intentionem. Sic quandò faber lignarius ex rudi ligno elaborat ſtatuam, nonne recedunt nonnullæ quiſquiliæ, & lignulá, de quibus interogatus artifex, quid reſpondebit? dicet non curare de quiſquilijs, & lignulis, ſed ſtatuā velle: quomodo igitur habētur? habētur pter intētionē agētis, & p accidens; ſūpta enim occaſione artificis ex illo rudi ligno ſtatuam efformantis, & ligno formato, caduntillæ quiſ-

quiliæ. Sic ſumpta occaſione Iuriſ. gentium reformantis, & reducentis naturale ius ad eſſe primæuum, aut ſaltem ſatagentis nè in deterius rueret, cadunt quiſquiliæ iſtæ ſeruitutis, Bellorum, & ſimilium, naturam non oppugnantium, ſed præter intētionem reſultantium.

§. 12 Præmitto 4. modum naturalem, & originarium acquirendi dominium earum rerum, quæ natura nullius ſunt, non alium quam occupationem. *§. ſingulorum. de rerum diuiſione.* ità aquiruntur feræ, volucres, piſces, & omnia animalia, quæ Mari, Cœlo, terra naſcũtur; quod enĩ ante nullius, id naturali ratione occupanti conceditur. Tali occupatione duo acquiri notabis, quæ etiā ſi inter ſe cōpatibilia, & vno eodemquè actu quæri ſoleant, ſtant tamen diſtincta. Huiuſmodi ſunt *Imperium, & Dominium:* il-

lud

lud Principum, hoc priuatorum dicitur: inde Seneca orat. 31. *ad Reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas*. cognoſcuntur tamen diſtincta, cum Imperium primario ſtringat perſonas ſibi ſubiectas, deinde territorium. Dominium verò ſolum vrgeat contrà irrationabilia vel inanimata.

Dices dominamur in ſeruos vſq; ad vitæ, & necis poteſtatem cauſa etiã non exiſtente, *Bodinus de Rep. lib. 1. c.* 5. imò inanimatorum nomine ſeruos etiam venire, docuit, *Modeſtinus in l. omnia*. §. 2. *ff. de leg*. 2. quomodo ergo dominium dicitur cadere ſolum contra inrationabilia?

℞. faciliter: ius ciuile nõ audere in ſeruos dominari quatenus homines, eo enim titulo, & ipſi liberi ſunt, nec vllum diſcrimen inter ſeruos, & liberos naturali iure, quo omnes vno comuni

nominantur vocabulo, *homines. titulo de libert. inſtit.* 1 ſed ipſos tantum poſſidere quatenus iure ciuili mortuos *l quod attinet. ff. de R. I.* & numero pecudum habitos *l. 2. ff. ad l. Aquil.* Imperium igitur in perſonas, dominium in bona, quod ad extraneos trãſire remanente imperio, penes quem fuit, docuit *Siculus li. de conditionibus. agrorum. Auctores aſſignationis diuiſioniſquè non ſufficientibus agris coloniarum, quos ex vicinis territorijs ſumpſiſsent, aſſignauerunt quidem futuri iuribus coloniarum. ſed Iuriſditio in agris, qui aſſignati ſunt, penès eos remanſit, ex quorum territorio ſumpti ſunt.*

§. 13. Præmito 5. contrà Iulium Pacium, *libro de Dominio Maris Adriatici in 2. præmito.* quod cum dominium ſit nomen homonymum, aliquãdò accipitur ratione iuriſditionis, & protectionis, quod vocant dominiũ vniuerſale,

ſale, quale habet Princeps in rebus ſingulorum: aliquandò etiã accipitur ratione ꝓprietatis, & dominium particulare dicunt, in rebus priuatis (dicit ipſe) ſolũ cadens, ſemper excluſo Principe, quod tamen falſum; eſto enim quod in omnibus Princeps, iurisdictionis, & protectionis gaudeat dominio; eſto etiam quod dominio proprietatis gaudeant priuati, non benè tamen concluditur ſolis priuatis, non autem Principi eſſe conceſſum. Applica tamen dicta, rebus, quæ non ſunt à priuatis poſſeſſæ; non enim latet eiuſdem rei in ſolidũ duos non dari dominos. *l. ſi vt. 5. §. 1. ff. comodati. l. ait pretor 1. §. 8. ff. de ſuperf.* male iterum notat idem Pacius, *in* 4. §. Mare non eſſe in alicuius Principis patrimonio vel fiſco, aut regalibus, quia ſupponere quod diſputamus, petitio eſt principij; de do-

minio iuriſditionis,& protectio. nis nullus dubitat, Principi cõpetere, vt etiam inter cõtrarios notauit, *Theodoricus Grãſuuinchel. c. 1. contra Guliel. Vueluuod.* ſed de vſu, & proprietate, an ſcilicet ille ſit adeo comunis, vt nullo titulo valeat exteris impediri, vectigal nauigantibus imponi; ſic de proprietate, actu nullius, valeat ſingulorum fieri, & ſub dominio priuatorum poni; hoc eſt, quod controuertitur quando quæritur, an dominio Mare ſubditum?

§ 14 Præmito. 6 variè ab expoſitoribus definiri dominium, quia non declaratum in iure prætendunt: ita voluit, *Galuanus Ferrar. c. 25. de vſufructu.* quod tamen falſum: Tribonianus enim in *§. vltimo; de vſuf.* dominium dixit, quod: *ſit in rem plena poteſtas.* definitio inter multas, quæ ſolent afferi, intima que-

rens

rens, adhuc tamẽ more legiſtarum periculoſa. *Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt; parum eſt enim vt ſubuerti non poſſet. Iauolenus in l. omnis. 202. ff. de R. I.* indè notabis (*concordat Galuanus*) inter cauſas, quæ iuriſprudentiæ ſtudium difficilius reddiderunt, hanc omnium potiſſimã, quod veteres iuris auctores, vtcumq. ſapientiſſimi viri defecerunt ſepè ſepiùs in definitionibus, quæ tamquam prima principia diſcentis animũ firmant, & quieſcunt, vndè iurè meritò definitionem *poſitionem*, vocauit Ariſtoteles phijs. 1. Illis prætermiſſis fit, vt infęliciter more cæcorum, huc illuc vacilantes Iureconſulti vt plurimum ſui deliteſcant ignauiam, vmbra Iuliani in *l. 20. non omnium. ff. de legib.* clamantis: non omnium quę à maioribus noſtris tradita ſunt, ratio reddi poteſt. Dicant modò

quod ratio ſit anima legis. Infelix iuris prudentia, cuius anima ipſe dixit, apud me tamen ſemper quare quæſiuit. Alia definitio dominij quæ frequẽtiùs accipitur, illa eſt, quam propoſuit Bartolus: ius de re corporali perfectè diſponẽdi, niſi lege prohibeatur. Ipſam proſternunt Granſuuinchel cũtra Burgum. Galuan. loco cit. mihi ſatis cum dominio ſtare. *liberam diſponendi facultatem per actum teſtamenti vel per contractus.* ex natura dominij, aut ipſius naturali parte ità ipſi intrinſeca ſine qua non habetur dominium.

§. 15 Præmito 7. contra Paciũ in vltimo præmiſſo, vrgentem dificultatem non ſolum Iuriſgẽtium regulis decidendam, quo dicuntur introducta bella; diſcretæ gentes: regna condita; dominia diſtinctà. *l. ex hoc iure.* 5. *ff. de iuſtitia, & iure.* verum, &

na-

turali iure, ad cuius conſeruationē omnia illa dicuntur adinuenta, quapropter ratione finis & ipſa naturalia ſunt. *§. ſerui de iure perſon.* Nec ſubterfugiendū ciuile Romanorum ius, quod collectum ex præceptis naturalibus, gentium, & ciuilibus. *l. 1. §. 2. ff. de iuſtitia, & iure.* Cuius origo ab inſtitutis duarum Ciuitatum Athenarum, & Lacedemoniorum; politia Romanorum tandem finita. *§. 12. eod.* indè exortum axioma. deficiente iure ſtatutario, ſiue municipali, eſſe recurrendum ad ius comune. Auget, hic non agi de perſonis iuri ſubiectis, cum quęſtio controuertatur inter Principes extra naturale, gentium; Diuinumquè iura, legibus ſolutos *§. vlt. de vulg ſubſt.* ergo recurrendum, vel ſaltem non ſubterfugiendū illud comune ius, præter gentium, quod de recē-

ti habeat deciſam difficultatem. Nec obſtat Principes Romano Imperio non eſſe ſubiectos, ſuperiorẽ non recognoſcere? hoc enim fateor, nec volo iure ciuili Romano decidẽdam quæſtionẽ ratione ſubiectionis, ſed ratione antiquitatis, æquitatis, & rationis quę omnia in Romano iure, vti iuris naturalis cuſtode; Iuriſgentium viua voce, & ſpiritu coaleſcunt. Non igitur ſubterfugiendum timore difficultatum, quæ videntur apparere in cortice digeſtorum. Audit Pacius intonari, *Imperatorẽ Mundi dominum, legem autem Maris ff. ad l. Rhodiam de iactu. Mare, & aerem perſeuerare comunia ff. de rerum diuiſione*. vt ea ſubterfugiat, ſtatim præmittit non decidendam difficultatem iuxtà regulas iuris ciuilis. Hiſpanis pœna capitis eſt, allegare Ius ciuile Romanorum. *Nicol. Vbaldin:*

c. cauſam 2. qui filij ſint legitimi.
pęnam capitis in quęſtionem
timet aduerſarius. lætare tamen
nam iura Quiritum non hic de-
ciſiua, prætendo, ſolum de Do-
mo rei ſumptis armis, eo-
rundem ſanguine, ad
hominem ſtilo
ferreo, iu-
ſtitiæ
tituli ſculpantur in
ſilice, & exa-
rentur in
corde.

*

MARIS DOMINIVM Nouo, & Veteri Teſtamento legitimum probatur.

Caput ſecundum.

HIs ita poſitis, videamus modo quomodò ſuſtineatur maritimum dominium; illa enim ſolum præmiſſa vero, vt comunitatis minima appareret neceſſitas, vndè Iuriſprudentiæ ſatelites, ſophiſmatum erigebant cornua.

1 ratio. Poſtquam igitur die ſexto Inæffabilis creator altiſſimo ſuo dominio, Mundi machinā creaſſet ex nihilo, hominem ex limo formauit, vt ſeipſum intelligeret, inteligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur;formatum rerum do-

minio condecorauit tiulo, regio illo diplomate. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus Cæli, & beſtijs, vniuerſæquè terræ, omniquè reptili, quod mouetur in terra.* en *præſit piſcibus maris*, etiam antequam conſurgeret homo, *& creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam; ad imaginem Dei creauit illum, maſculum, & fæminam creauit eos. Benedixitque illis Deus, & ait, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram;* at quomodo homo dominaretur piſcibus, niſi dominaretur in aquas?

2 Idem repetiuit Dominus quãdo odoratus odorem ſuauitatis, profligatis anathematiſmis, rebenedixit Noe cum filijs eius:

cre-

creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres Cæli, cum vniuerſis quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſint. cap. 9. Geneſ. en dominium.

Reſpondent contrarij (inter quos *Grãſuuinchel c. 1. contra Burgum. c. 1. contra Vueluuod.*) Si ex ſcriptura valeret concludi non poſſe homines marinis piſcibus dominari, niſi, & mari dominarentur, ſequeretur non poſſe hominem dominium in volucres Cæli exercere, niſi & Cælo dominaretur: hominem Cęlo dominari, ridiculum, ergo, &c.

Dilutio. mutet primò Granſuuinchel ſeù declaret, vocabulum illud *Cælo* & dicat *aeri*. vt docet Glóſ in verbo *Cælo* ad tit. *de iuſt. & iur.* quam ſequitur legiſtarum turba; tunc enim non tanta ma-

ieſtate

ieſtate concludet obiectio. modo dico hominem aeri dominari, eſſe primum iuris principium, etiã ſi tanta admiratione ſuppreſſum: quis negabit in aerem dominari, cum vicinus alteri vicino impedit, ne proprium ædificium in proprio ſolo poſitum altius tollat, ipſe verò culmen vſquè ad Cælum extollat. *§. ſi equè de actionibus. l. 1. ff. de ſeruit. vrb. l. 4. eod.*

Nec dicant quod vltra modũ extollere ædificia ſpecies ſit ſeruitutis non libertatis, qua aeris augetur libertas, non ſic enim vrget noſtra ratio; hinc reſpondendo conſidero, quod iure ſeruitutis poſſum luminibus tuis officere, altiùs mea tollendo ædificia, quod pati cogaris &c. ergo dominium in aerem. *Vrbanorum prædiorum iura talia, ſunt altius tollendi, & efficiendi luminibus vicini*. Caſſius *leg. 2. eod.* idem voluit

luit in *l.2. ff. de ſeruitut.* præd. ruſtic. *ruſticorum* (ait) *prædiorum ſeruitutes, licere altius tollere, & officere prætorio vicini*. quis ergo negabit per ſeruitutem dominantem, introduci dominium? *Seruitutes autem in dominio eſſe, infinitæ leges teſtantur*. Vlricus. Hunn. *de rerum diuiſione lib. 2. tractat. 5. qu. 4.* ad retinendam vel recuperandam dominantem ſeruitutem altius tollendi ędes ſuas etiam cum damno vicini, realem competere actionem docuit Imperator in §. *æque 2. de actionibus*. ex reali autem actione dominium argui in actore reliquit Paulus, *l 23. in rem actio. ff. de rei vindic* hinc venit.

2 Argum. Aeris elementum ex anteactis meliori modo poſſibili dominiorũ recipit diſtinctionẽ ergo, & elementum aquæ. antecedes ſtat probatum, conſequentia facilius concludit prò

aqua

aqua quam prò aere ergo.

3 Homo ſpeciali Dei priuilegio, imò natura eflagitante hominis etſi dependenter à prima cauſa præeſt omni creaturæ. *Geneſ.1.* Mare eſt nè creatum? creatum. ergo & Mari dominatur.

4 Ex *Geneſ capit.26* exortum iurgium inter paſtores Gerare, & Iſaac, propter puteos quos foderat, dixerunt illi; *noſtra eſt aqua*. contra quos nec verbum replicauit Iſaac, etiam ſi putei illi ſtarent proprijs manibus effoſſi, ergo, & ipſa aqua viua fluens & currens ſtat regulis dominij ſubiecta.

5 Ex *Geneſ.ca.9.* vbi *Totius vniuerſi facta donatio, vbique terræ* conceſſum dominium non alio regiſtratur titulo, quam beſtiarum, quæ mouentur ſuper terram. *& terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres Cæli cum vniuerſis*

quæ

quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. eo quod dixit Dominus filijs Noe: *terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ.* inferunt, & optimè Tellurem ipſam dominio ſubijci; imò non alium habent ſcripturæ locum ad concludendum legitimum terræ dominium. Sed idem Dominus dixit: *omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt:* ergo ſi dominium Teluris ex hoc loco concluditur, pariter, & Maris.

6 Maris Dominium regiſtrauit Ezechiel. *c.26 num.16.* quandò in perſona domini loquebatur Tyro: *Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Numquid non à ſonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum cum occiſi fuerint, in medio tui commouebuntur inſulæ? & deſcendent de ſedibus ſuis omnes Princcipes Maris,* nota: *Principes Maris.* & *num. 17. quomodò periſti, quæ habitas in Mari;*

ri; *Vrbs inclita quæ fuiſti fortis in Mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant Vniuerſi; nunc ſtupebunt naues in die pauoris tui, & turbabuntur Inſulæ in Mari, eo quod nullus ægrediatur ex te.* quid clarius deſideramus?

7 Videas adhuc *c. 27. num. 3. & 4. Et dices Tyro, quæ habitat in introitu Maris, negotiationi populorum ad Inſulas multas: hæc dicit Dominus Deus: O Tyre tu dixiſti: perfecti decoris ego ſum, & in corde maris ſita* (vel vt legunt Hębręi) *in medio ſeù corde maris ſunt termini tui*, obſerua quæſo ſcripturam, clamat propheta: *Sita eſt Tyro in introitu Maris*, poſtea dominij terminos deſignando, ipſos extendit vſquè ad medium Maris ibique Tyriorum limina firmat. Sic. *num. 25. Naues Maris Principes tui in negotiatione tua repleta es.*

8 Maris Dominium penes Alexandrinos Aegypti fuiſſe teſtatur

tur Propheta Nahum *c.3. nu. 9. Vaſtata eſt Niniue. quis commouebit ſuper te caput vndē quæram conſolatorem tibi: numquid melior es Alexandria populorum. quæ habitat in fluminibus, aquæ in circuitu eius, cuius diuitiæ mare: aquæ muri eius.* nota: *cuius diuitiæ mare: aquæ muri eius.* ergo.

9 Maris Dominium confeſſus eſt pſalmiſta *Pſal.* 71. *num.* 10. *Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent: Reges Arabum, &c. Tharſis* Mare ſignificat, vt notat Hieronymus in Iſai. *c.* 2 ergo.

10 Idem Dauid *Pſal.* 89. *Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.* quid petunt preſentia niſi Dauidi Maris aſſignatum dominium?

11 Idē in *Pſ.* 8 quādo canit. *Gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: Oues, & boues vniuerſas inſuper, &*

pe-

pecora campi. Volucres Cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris, nota *to. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius*, qui dicit: *omnia*, nullum excludit. Paulus in *l. ſi proprium.* 52. *ff. de leg. & fideicomm.* Omnia ſubiecit ſub pedibus hominis; quare ergo ingrati excludimus mare?

12 Idem habet *Eſdra* in apocriphis *lib. 3. cap. 4 num. 2. O Viri num præcellunt homines: qui terram, & Mare obtinent, & omnia quæ in eis ſuut. Rex autem ſuper omnia præcellit, & dominatur eorum, &c.* eadem ergo linea ſtat Telluris & Maris delineatum dominium.

13 Ijſdem coloribus Maris dominium pinxit Angelus in prophetica tabella. *c 7. lib. 4. Eſdræ. n. 3. Mare poſitum eſt in ſpatioſo loco, vt eſſet altum & immenſum, erit autem introitus ei, in anguſto loco poſitus, vt eſſet ſimilis fluminibns, quis enim voluerit ingredi Mare, & videre eum*

eum, vel dominari eius; ſi non tranſierit anguſtum &c.nota, *ſimilis fluminibus*, illa recipiũt dominium, ergo. & Mare nota, *Mare ingredi, & dominari eum*. quid clarius?

14 Maris dominio potitum eſſe Aſſuerum Regem regiſtrat, *Eſther cap.* 10. *Rex verò Aſſuerus, omnem terram, & cunctas Maris Inſulas fecit tributarias; cuius fortitudo, & Imperium, & dignitas*. ergo.

15 In tantum Maris contrarij dominium negant, in quantum terminos particulares ſeggregantes Dominia non agnoſcũt; at hoc falſum, ergo. minor probatur. ex *primo Geneſ. Dixit quoquè Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, & fecit Deus firmamentum, diuiſitquè aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum*. ecce termini: item Prouerb.8. *quando æthera firmabat ſurſum, aderam*,

ram, & librabat fontes aquarum; quando circumdabat Mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, nè tranſirent fines ſuos. ridicula igitur illa ratio hominem Mari non dominari, quia careat terminis & diſtinctione; ſi igitur terra Dominio ſubijcitur, quia diuiſa & termininis finita, ſubijcietur & illud.

16 Mare eſt in terra ideſt in ſuo alueo, & arena fundatum tamquam in infima ſphera vnde pſalmiſta. 103. *Pſalm. Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* hinc Iob *c.26. appendit terram ſu. per nihilum.* ergo ſi in terra datur dominium, dabitur, & in aqua.

17 Ex *Deuteronomij c.2.n.6.* quando Dominus præcepit filijs Iſrael, nè hoſtiliter tangerent terram Eſau, etiam quantum poteſt vnius pedis calcare veſtigium; ſed: *cibos* (inquit) *emetis ab eis*

eis pecunia, *& comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis*. nota ly *aquam emptam haurietis*, *& bibetis*. ergo. ſi etiam ad refocilandum corpora itinere feſſa, denegatur aqua nec ſine hauritur, pecunia, vbi tanta comunitatis neceſſitas? Si in itinere ad bibendum iubente Deo, deficiente pecunia, denegatur.

18 Ex *Deuteronom. cap.* 33. *num.* 23. vbi relata benedictio, quam Moyſes dedit Iudæis, hæc habet, *& Nephtali dixit: Nephtali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: Mare, & Meridiem poſſidebit*.

19 Ex *c.* 34. *Numer.* vbi cum terræ promiſſionis terminos Moyſi Dominus deſignaret, habet: *cum ingreſſi fueritis Terram Chanaam, & in poſseſſionem vobis ſorte ceciderit, his finibus terminabitur. Pars meridiana incipiet à ſolitudine ſin, quæ eſt iuxta Edom, & habebit terminos con-*

trà Orientem mare ſalſiſſimum. Qui circuibunt auſtralem plagam per aſcenſum ſcorpionis, ità vt tranſeat in ſenna, & perueniat à meridie, vſque ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vſque ad Aſemona, vſque ad torrentem Aegypti, & Maris magni littore finietur. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipſo fine claudetur. Porrò ad ſeptentrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vſque ad montem altiſſimum, à quo venient in Emath, vſque ad terminos Sedada: ibuntque confinia vſque ad Zephrona, & villam Enan: hi erunt termini in parte Aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Enan vſque Sephama, & de Sephama deſcendent termini in Rebla contra fontem Daphnim: inde peruenient contra Orientem ad mare Cenereth, & tendent vſque ad Iordanem, & ad vltimum ſalſiſſimo claudetur

mari. Ex huiuſmodi Geographica, & Hydrographica Terræ Sanctæ deſignatione, diuinitùs delineata, clarè conuincitur maritimum Hebræorum Dominium, à litoribus Canaan in Mari Mediterraneo, vſque ad fretum Gaditanum (antiquis Mundi terminum) vt quamplurimi contendunt Rabini. Vel anguſtiora ſignantibus ſpatia, non vltra protendatur, quam ſignet altiùs promontorium intrà lineam à monte Amano, vſque ad Fluuium Aegypti clauſam: Indè quidquid intrà funiculum ductum à Cephaloria, (eſt Ciuitas ſupra Montem Amanum ſita) ad torrentem Aegypti, territorij Iſraelitici erat, vt volunt alij, quos citat *Seldenus in Mari clauſo. cap.6.* Hoc mihi ſatis, non controuerti inter Hebræos de dominio Maris, ſed ſolum de extenſione eiuſdem do-

dominij. clarum ergo, quod Diuino afflante imò iubente atque deſignante Numine, Legalis populus, maris eſt nactus dominium.

Reſpondet Grāſuuinchel in *cap. 3. contra Burgum*, quod *nullius pratij ſunt quæcumque Rabbini iſti nugantur: vtpote quæ loco Núm. 34. nitantur, at locum iſtum malè interpretantur. Nec enim (vt dici cæptum) terminos ibi Deus maritimi imperij ponit, ſed terreni quod à mari alluitur. Nequè mirum Iudęos ſcriptores ad potentiæ ſuæ exagerationem latius quam opportuit terminos ſuos extendiſſe; nam, & in mare Hiſpanum, dominium ſuum protendunt, quouſque illos imperaſſe credere, factum ſit.* Et infrà. *Negare verò me iure merito, & rectè, Deum voluiſſe Iudæis priuatim maris dominium concedere, peruincunt, quod S. ſcriptura (extrà quam Rabbinos non moror, nedum vt contra illam) toties dicat, dominium*

terræ Sanctæ extendi vſque ad mare. Vt enim dictum, mare terræ terminus eſt, agiturque proinde de terræ terminis, & dominij terreni. Neque quid certiùs, quam cum termini agrorum, & dominiorum ex profeſſo aſſignantur ab ijs, penes quos eſt illos definire, V ſque *ſemper particula eſt excluſiua, numquam incluſiua: ſic vt numquam limitato limes decedat; quem errorem eraſſe Magnum ſeldenum, ipſum olim cum refutarem, miratus fui. Quippe ni? hoc enim ſi in formā Syllogiſticam cogatur erit maior in prima figura particularis.*

20 Facillimè tamen hæc impugnantur, cum ipſis ſcriptura reſiſtat in proxime adductis; quando enim particula *Vſque* ſtaret hic vt excluſiua locus *Cadesbarne* dictus: Villa Adar: Mons Aſemona: Sedada: Zephrona: Enan: Terræ Sanctæ confinia: Iordanis tandem fluuius diceretur extrà territorium Iſraeliticum.

Quod

Quod tamen falſiſſimum nullo reclamante, ergo. Vt clarum habeas, ſpeculare croniſtam, quando Orientalē deſignās plagam, ſcribit *Indè peruenient contrà Orientem ad Mare Cenereth, & tendent vſque Iordanem*. Poſtea inferius tribubus aſſignando manſiones, regiſtrat. *Tribus Manaſſe, ideſt duæ Semis tribus acceperunt partem ſuam trans Iordanem contrà Ierico ad Orientalem plagam*. nota igitur, quod prò termino terræ, erat aſſignatus Iordanis; poſtea pars terræ promiſſæ aſſignatur Manaſſe trans Iordanem. ergo in hoc loco dictio *vſque* eſt incluſiua, & limites limitato cedunt.

Item nonne tribus Ruben in regionibus Moabitarum manſionem recepit ad orientalem plagam? verum. tamen Moabitarum regio eſt trans Iordanem? nulli dubium. tandem nonne Iordanis fluuius fuit terræ ſan-

ſtæ terminus in orientali plaga? *& tendent vſque ad Iordanem*, reſpondet Moyſes. particula igitur *vſque* vt plurimum incluſiua, & limites limitato cedent.

Item nonne dicit croniſta, quod *Plaga occidentalis à mari magno incipiet, & ipſo fine claudetur?* en igitur quod terra promiſſa in parte Occidentali non terminat ad mare, *ſed à mari magno incipit*, & tandem non terminatur littore Maris magni, ſed *mari ipſo fine* clauditur. nota: & *ipſo* ideſt, *mari*, claudetur, *fine*, ſcilicet terminante mari, terminabitur, & terræ Sanctæ dominium. nō igitur incongrua, & improbabilis ſententia vſque ad fauces Gaditanas, maritimas Ebræorum fibrias extitiſſe perlongas, alias non dixiſſet, *ipſo fine*, .ſ. ad maris finem; non item dixiſſet *à mari magno* quando vocula *vſque* excluſiuè ſtaret. non tandem dixiſſet

ſet mari finiri, ſed litoribus; cum iſtis non illo finientibus prætendant cõtrarij dominium claudi.
Clarum dedit *Ezechiel. cap.* 47. poſtquam aſſignata Auſtrali plaga, & deſignata Occidentali per plagam Maris, præuidens dubioſum fore, quid ſibi vellet *Maris plaga?* reſpondet: *Et plaga Maris Mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc eſt plaga maris.* hinc male replicat Granſuuinchel lineam à torrente Aegypti, & Cæphaloria ductam limitem non eſſe. Dicat, quæſo, quid ſibi velit Ezechiel in illa vocula *per directum à confinio donec venias Emath*; Mare non terram extendendo; dicit enim, *& plaga Maris Mare magnum*: nota non terra, ſed, *mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc eſt plaga maris.*
Replicat Granſuuinchel quod in tex. *Ezech.* 47. nec verbum Iu-

daici habetur dominij. Quod enim Vulgata verſio illic ait: *plaga maris eſt mare.* illud in verſionibus magis accuratis ita legas. *Occidentalis* (ſupple terra) *eſt mare magnum*, ità habet *Vatabli* verſio. *Pagninus* vertit; *plaga autem occidentalis eſt mare magnum*.

Dilutio. hoc totum concedo, imo volo .ſ. quod occidentalis terra ſit mare magnum; vnde vſque ad fauces Gaditanas extendatur territorium, nec vltra prætendo.

Accedit quod ſi Ebręorum dominium in Occidente non extenderetur vltrà litus, terram Sãctam litore non verò mari Deus terminaſſet. terminauit Mari & non litore, ergo. nec dicas per Mare intelligi litus, quando enim Deus litore & non Mari terminatum voluit dominium, vſus eſt ſpeciali vocabulo litoris, vt patet in deſignatione Auſtra-

lis

lis plagæ. *Pars Meridiana incipiet à ſolitudine Sin & ibit per girum terminus ab* Aſemona vſque ad torrentem Aegypti, & Maris magni litore *finietur*. eo quia litore, & non mari Auſtralem vult terminari plagam, vocula *litoris* & non *maris* vtitur. Occidentalem dicit *mari* terminari, non *litore*. ergo.

Item. do ex impoſſibili, quod particula, vſque, vt plurimum (dono etiam ſemper) excluſiuè ſtaret; vbi tamen talis particula *vſque* in plaga occidentali? in textu ſacro non inuenio. Verba ſunt hæc: *Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipſo fine claudetur*, quid igitur?

Item; inter terminum *à quo*, & terminum ad *quem*, certe debet dari ſpatium. ſed mare terræ ſanctæ terminus ponitur & vt *à quo*, & vt ad *quem*. *à mari magno incipiet*; en *à quo*. Et *ipſo fine claudetur*. ecce

ad *quem*. ergo intra huiuſmodi terminos aliquale debet aſſignari ſpatium, igitur hoc ſpatium ſub dominio.

Replicat adhuc Granſuuinchel querendo: an illi quibus pars maris aut aſſignata aut data fuit in ſortem tenerentur anno ſeptimo abſtinere, & à nauigatione & à piſcatu. quando enim aliqua conuenientia cum mari, ea obligatio quæ eſt in terra, & erit in mari; ex fructuum ſ. perceptione maritimorum, debita Deo ſoluenda penſio. Sabbatiſmus pariter obſeruandus. Maris primitiæ Deo offerendæ? & horum tamen nec minimum à Moyſe præſcriptum. ergo.

℞. Et facilè, habitatores Maris ad inſulas intra Borealem, & Auſtralem plagam, certè ad omnia teneri, quibus ligantur habitatores terræ. de decimis verò & primitijs, & illud facilè tollitur:

tur:

tur: nam cum idem ſit territorium Telluris ac maris, quod prò illa, & iſto inſeruiet oblatũ. Secundò. dico, quod principalis fructus Maris eſt vectigal nauigationi impoſitum, de quo non dubium per Ebręos toto fuiſſe exactum rigore. Vectigali Galilęi Maris Matthæus præpoſitus eſt, vt apud Euang. *c.9. vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine.* quid tamẽ prò vectigali oblatum, dicant Rabbini.

21 Idem voluit Apoſtolus *Corinth. 1. cap. 15. numer. 26. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius, cum autem dicat: omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia.* ſic *c.2. ad Hæbr. Minuiſti eum paulominus àb Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: in eo enim quòd omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei.* quid clarius

ſolo Creatore excepto, homini ſubiecta declamat Paulus.

Reſpondent contrarij inter quos Granſuuinchel contrà Burgum. c.1. verba Pauli *non habere locum in animali, ſed in ſpirituali homine: id-eſt non in typo, ſed in antitypo. Vt & illa: conſtituiſti ipſum ſuper omnia opera manuum tuarum: an non, & Cæli, & quidquid continent, an non, & Angeli, Poteſtates Throni, & quodcumque demum eſt cæleſtis Hierarchiæ Chriſto ſubijciuntur? breuiter, an non omnia vno Deo excepto? facio finem, non agnoſco ex citatis iſtis paginæ Sacræ locis, qui de Chriſto loquuntur, colligi poße omnia ſic in poßeſſionem data eſſe vt nihil ſit ipſi non ſubiectum.*

Dilutio. reſponſionis inaniam demonſtrat Paulus verbis illis, *quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam viſitas eum? minuiſti eum paulò minus ab Angelis*; ſi loquitur Apoſtolus de per-

ſona

ſona Angelis minore, quomodo extorquetur de Chriſto? de quo decantauit Ioannes. *Apocal. 19. num. 16. Rex Regum, & Dominus dominantium*, de quo confitetur Granſuuinchel, Angelos, Poteſtates, Thronos, totamque cæleſtem Hierarchiam Chriſto ſubijci quomodo igitur concordas ly: *minuiſti eum paulominus ab Angelis*.

22 Demus etiam gratis quod loquatur de antitypo ſpirituali hominum, Chriſto, quoad humanitatem tamen tantum, non verò quoad Diuinitatem intelligendus; primò quia reſpectu Diuinitatis æqualis Pater æqualis Filius; æqualis Spiritus Sanctus, Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, & ſicuti iure Dominij è creatione venientis valet Pater Mundi machinam annichilare, ità Filius, de hoc igitur nulli dubium

bium, quando ideo Apoſtolus ex ipſa Incarnatione humanam exaltat naturam loquitur quoad humanitatem, cui omnia ſtant plenè ſubiecta non ſolum quantum ad diuinitatem, verum etiam quantum ad Humanitatem, ità Lyranus loco citato. ſecundi capitis ad Hebræos. Paulo concordat Ioannes, *Apoc.* 19. *In veſtimento, & in fæmore ſuæ humanitatis ſcriptum habet Rex Regum, & Dominus Dominantium,* ad idem facit. *Pſal.* 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* ad idem facit. *Pſal.* 71. *Dominabitur à Mari vſque ad Mare, & à fluminibus vſque ad terminos Orbis terrarum.* ad idem facit Apoſtolus Hebr. 1. *quem conſtituit hæredem vniuerſorum,* & Matth. 21. *Ecce Rex tuus venit tibi.* en igitur quod homini reduplicatiuè vti homini non repugnat dominari in Mare; aliàs nec

Chri-

Chriſtus qnoad humanitatem potuiſſet exaltari ad dominandum Mari,

Dices, ſi fauore hominis curret & Pauli regiſtrum, *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius*; dominaretur Cælo, dominaretur Angelis; Cælo Angelis dominari ridiculum, ergo.

℞. Equidem Cælo dominari non tamen Angelis, primò quia par in parem non habet dominium, Imperium. *leg. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Treb.* ergo multo minus in ſuperiorem, hinc hominem ſibi ſimile non poſſidere niſi titulo cadauerico *l. quod attinet.* de ℞. I. puro pecudum titulo. *tit. de lege Aquil.* ſibi ipſi nec dominari, voluit Vlpianus ad *leg. liber homo. ff. eod. nemo Dominus membrorum ſuorum*. Soli igitur creaturæ ad imaginem Dei non factæ dominatur omnibus imperando, abſq; reſiſtentia vtendo

do, prout patitur rerum natura. *Caiet. ad D Thom. p.p.q.96. art.2.* dominatur vſquè ad mulierem. *Geneſ.3.num.16.* quod clarius in *c. mulierem.17.d.33.q.5.* Mulierem conſtat ſubiectam dominio eſſe viri, & nullam auctoritatem habere: nec docere enim poteſt, nec teſtis eſſe, neque fidem dare, nec iudicare: quanto magis non poteſt imperare. illã tamen viri dominio ſubijci, notà, vti non factam ad imaginem Dei. Apoſtolus 1. *Cor. cap.* 11. & refertur in *c.19. mulier.* & in *c. hæc imago.13. 33.q.5. Mulier debet vellare caput, quia non eſt imago Dei.* quod tamen ſano modo intelligas, non de anima ſcilicet rationali, quia hoc ſenſu damnatam ſententiam eſſe non latet. hinc venit.

23 argumentum. In homine reperiũtur omnia elementa, & ipſis in proprio corpore dominatur;

tur; ergo & extrà corpus dominabitur illis eo modo, quo in corpore; in corpore dominatur imperando, & vtendo; ergo etiã extrà corpus, dominabitur creaturis & elementis Imperando, & vtendo; ergo & Mari. maior primi probatur: In homine dantur quatuor, ſcilicet ratio, ſenſus, vegetatio, & corpus; quibus cum omnibus creatis conuenit. per rationem cum Angelis, per ſenſus cum animalibus, per vegetationem cum plantis, per corpus cum rebus inanimatis; iſtis omnibus, nullo excepto dominatur imperando, vtendo, quemadmodum patitur rerum natura; ità *D. Thomas. p.p. qu.96. ar.2.* ergo.

24 Ex *Apocal.* 10. quando vidit Ioannes hominem deſcendentem de Cælo, qui poſuit pedem ſuum dexterum ſuper Mare; ſiniſtrum autem ſuper terram: quid

quid aliud ſibi vult hoc myſterium, præter dominium, quo homo gaudet contrà terram, & Mare? imò primum contrà Mare, nam dextero pede Mare præmebat.

25 Ex *Paulo ad Romanos.* 13. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* & infra. *ideo neceſſitate ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ideo enim & tributa præſtatis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem,* &c. vectigal in Mari, ergo.

MARIS DOMINIVM

Sanctorum Patrum aucto-ritatibus approbatur.

Caput Tertium.

5 ET primo Chriſoſ: *hō. 8. in Geneſ: Ne mireris dilectè. Homo enim inter viſibilia omnia dignitate præcellit, propter quem condita ſunt omnia hæc: Cælum, Terra, Mare, Sol, Luna, Stellæ,* Reptilia, *Iumenta brutaque omnia.* nota ly. *Mare.*

7 Argumentum deducitur ex eodem Chryſ. *ibidem:* vbi quærens quarè homo dicatur ad imaginem Dei factus? reſpondet: *Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram, & ſecundum ſimilitudinem: hic ſermonem finiuit: ſed per ea, quæ adiungit manifeſtum nobis facit, quo ſenſu nomen imaginis po-*

poſuerit. quid enim dicit? & dominetur piſcibus Maris, & volatilibus Cæli, & omnibus reptilibus ſuper terram. Imaginem ergò dixit de Principatu, & Dominio, non de alio aliquo: quia Deus fecit hominem Principē omnium, quæ ſunt ſuper terram, & nihil ſuper terram homine maius eſt, & omnia ſub poteſtate illius ſunt. En quāta, & qualia dat nobis Deus, nos verò ingrati reijcimus Mare. nota ly. *imaginē dixit de Principatu, & dominio &c.*

28 Delineat Idem Chryſ: *ibid: p. 12. littera. A. Didiciſtis quid ſit ſecundum imaginem, nempè quod non ſit ſubſtantiæ dignitas, ſed dominij ſimilitudo: & quod non ſit ſecundum Imaginem formæ, ſed ſecundum rationem* Dominij *direxit: ideo ſubdidit: & dominētur p ſcibus Maris, & volatilibus Cæli.* nos verò contra dominij ſimilitudinem quam dicimus ad Deum, Mare, repudiamus.

29 Argumentum dat Baſilius. *homil.* 10. *in Geneſ. littera. A.* vbi declarans quarè homo dicatur ad imaginem Dei factus, ſcribit: *& imperent piſcibus: ſtatim vt conditus es, etiam Princeps factus es. Et Imperent. Vnius anni poteſtatem à Rege quis accipit, homo ab homine, mortalis à mortali, accipiens à non habente, qualem enim poteſtatem animæ habet homo? tu verò à Deo accepiſti non lignis inſcriptam nequè membranorũ plicis corruptibilibus, & vermibus expoſitis, ſed conſcriptam diuinam vocem natura habet: Imperent: Hæc vniuerſa Imperio humano ſubiacent.* veniant modo Moderni, & Mare excipiant.

30 Item Gregorius Niſcenus *lib. de creat. homin. c. 2. in principiò. vbi.* quærens, quare homo ſit omniũ creaturarum poſtremus ſexta die conditus? reſpondet: *Nondũ magna hæc, & pretioſa res homo, Mundi Dominus aderat: nec enim*

decu.

decuerat, priùs exiſtere Principem, quam illa quorum gereret Principatum: ſed vbi cuncta ei ſubijcienda parata ſunt, iam conſequens erat apparere rectorem, notamus ly: *Mundi* Dominus, ad quid ergo excludimus Mare? ſtat forſan Mare extrà Mundum?

31 Idem voluit Beatus Damaſcenus. *lib.* 2. *c.* 11. *Quia Deus ex viſibili, & inuiſibili creatura plaſmaturus erat hominem ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem, tanquam quendam Regem, & Principem Vniuerſæ terræ, & eorum quæ in ea ſunt, præſtruxit ei quandam veluti* Regiam *in qua diuerſans, beatam, & omni ex parte felicem duceret vitam*.

32 Idem voluit Philo, *in Coſmopœia parte prima*. vt refert Alfonſus Salmeron, *prol. x. canon.* 8. *deindè opportebat vt tradit Philo in Coſmopœia omnia præparari, antequam, homo*

mo ipſe veluti conuiua ad conuiuium accerſeretur. Mare erat nè paratum ante hominis formationem? erat. ergo.

33 Hoc voluit B. Thomas. *lib. 3. c. 9. de regimine Principum. littera. H.* Nunc igitur accedendum ad diuerſas ſpeties dominandi, ſecundum diuerſos modos, & gradus in hominibus dominij, & principatus, & primus quidem generalis eſt omnium qui competit homini ſecundum naturã. quod ſacra Scriptura confirmat: quandò in ſui creatione tamquã naturæ inditæ dixit: *Dominamini piſcibus Maris, & volatilibus Cæli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram. In quibus oſtenditur quod naturæ inſtitutę humanæ talem indidit poteſtatem. qui enim dixit Germinet terra herbam virentem: & ex tali dicto data eſt poteſtas arboribus germinandi: dixit, & nobis ſimiliter. Dominamini piſcibus*

Ma-

Maris &c. Et ſic ex iam dictis appa-ret. (nota concluſionem) *quod dominiũ hominis ſuper cæteras creaturas eſt naturale.* ſigna, ly: *ſuper cæteras creaturas.*

Dices quomodo homo dicitur habere dominium ſuper cæteras creaturas ſi etiam vilia animalia dominantur in hominem, & illi facta ſunt nocua?

Reſpondetur iuxta doctrinã Thomæ ibidem dominium hominis in cęteras creaturas inanimatas fuiſſe propter culpam primi aliqualiter diminutum; hinc venit quod tanto magis idem dominium recuperamus quanto viciniores innocentiæ ſumus, vt patet in Patribus noui, & antiqui teſtamenti: inde Chriſtus dixit diſcipulis. Lucæ. *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi.* ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici.

34 Idem voluit D. Bonauent. *tom.*

7.c.62.mihi p.268. littera. A. Dignitas humana eſt in hoc, quod Deus fecit hominem ratione ſapientem, vita innocentē, dominio potentem. primū notatur in hoc, quod homo factus eſt ad imaginem Dei: ſecundum quod ad Dei ſimilitudinem: Tertium quia præpoſitus eſt homo cunctis animantibus, & alijs creaturis, quæ omnia ſibi ſeruiunt.

35 Item Magiſter, *Sententiarum in 4.d.15.§.quare poſt omnia: Omnibus autem creatis atquè diſpoſitis nouiſſimè factus eſt homo tamquam Dominus, & poſseſſor. qui & omnibus pręferendus erat vidit Deus quod eſſet bonum. Et ait faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.*

36 Item Ambroſius. *Hexam lib.10. c.5. Prò ſingulari libidine includitur terra, mare infunditur, vt Inſulas faciant, vt poſſideant freta. Spatia Maris ſibi vindicant iure Mancipij, piſciumque cura ſicut vernaculorum,*

conditione ſibi ſeruitij ſubiecta commemorāt. Iſte, inquit ſinus Maris meus; ille alterius. diuidūt elementa ſibi potentes.

37 Idem voluit Gregorius Niſſenus, *de Homin. opif: c. 2. Conſentaneum non erat Imperatorem exiſtere prius, quam eos, quibus eſſet in poteſtate præfecturus Idcirco vniuerſitatis huius creator ei, qui imperaturus erat, quandam ſedem Regiam præſtruxit, ea verò terra erat, & inſula, & Mare, & ipſum Cælum, quo hæc omnia tamquam tecto concamerantur atq. ijs in palatijs omnis generis opes conditæ ſunt.*

MARIS DOMINIVM

Iure Canonum approbatum imo pręceptum probatur.

Caput Quartum.

38 ET primo ex *c. hæc imago.* 13. 33. *p.* 5. *Hæc Imago Dei eſt in homine, vt vnus factus ſit, quaſi Dominus, ex quo cæteri orirentur, habens imperium Dei, quaſi Vicarius eius*. Maris proprietatem negabis forſam Deo ſubditam? cur ergo, & homini Dei Vicario non ſubiecta?

39 Idem voluit Alex. III. in *c. licet. de ferijs. Indulgemus: vt liceat Parochianis veſtris diebus Dominicis, & alijs præterquam in maioribus anni ſolemnitatibus: ſi alecia terræ ſe inclinauerint: eorum captioni ingruente*

neceſitate intendere :ità quod poſt factam capturam Eccleſijs circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciāt portionem. vbi Gloſ: in verbo. Eccleſijs. *Quibus propter eandem neceſſitatem congruā faciat portionem: & præcipuè illis in cuius territorio captio facta eſt: quia quaſi decimæ prędiales eſſe cenſentur. vnde ſaltem prò decima parte eis ſoluant. c. ad apoſtolicę. de decimis.*

40 Idem probat celebris excomunicatio in bulla Cænæ Domini quam pridiè Paraſceues æternè repromulgat Chriſti Vicarius contrà Piratas, præcipuè Mare Eccleſiæ diſcurrentes. *Item excommunicamus* (verba Bullæ, vt apud Laertium Cherubinum in bullario tom. 3. p. 251.) *& anathematizamus omnes Piratas, Curſarios, ac Latrunculos maritimos, diſcurentes Mare noſtrum, præcipuè à Monte. Argentario vſquè ad Terracinam.* ità repetuntur à Saijro. *lib.*

lib. 3. thæſaur. c. 7. n. 1. Ridicula verò Graffij Gloſa per, *Mare noſtrum.* Mare vniuerſim Chriſtianorum intelligi. *lib. 4. decis: c. 18. n. 53* vt quam proſtituamus (extrà enim rem laborat Seldenus Toleti, Suarez, Vgolini, Antonij de Souſa auctoritates enumerando) ſufficiant verba Bullæ: diſcurrentes Mare noſtrum, præcipuè à Monte Argentario vſquè ad Terracinam. Quomodo igitur prò Vniuerſo Chriſtianorum Mari valet explicari, niſi diceremus Mare Chriſtianorum totum intrà Montē Argentarium, & Terracinam includi?

41 Idē probat Lugdunenſe Concilium, quod refertur in *c. vbi periculum. § porrò. de elect. in 6.* Sic interpretantibus Gloſsa ordinaria, Ioanne Andrea, & Decio. *Porto ſi quādo Romanū Pōt.* (verba textus) *extrà Ciuitatem prędictam*

 (in

(in qua erat cum ſua, veria reſidens) *contigerit ab ac luce migrare: teneantur Cardinales in Ciuitate, in cuius territorio ſeu diſtrictu idem Pontifex obijt, conuenire*. Ex hoc canone deducūt Doctores vnanimiter quod ſi Papa moriatur extrà Ciuitatē in Mari, electio venit facienda in proximiori Ciuitate, ſub cuius territorio dicitur ſtare illa Maris portio. *per hanc litterā* (verba ſunt Gloſ:) *puto quod ſi moriatur in mari: Cardinales debeant conuenire in Ciuitate per quam locus ille maris diſtrigitur ad hoc ff. de V. S. l. pupillus.* idem vult Decius in c. licet cauſam. De probationibus n. 16. *Magis tamen placet, quod ſuprà dictum eſt, quià etiam in Mari dicitur eſſe territorium, & Baldus, in c. accedens. Vt li. non con: vbi ex preſſe dicit, quod diſtrictus idem eſt, quod territorium, quod etiam in aquis ſe extendit; vt no. Dom. in c. vbi periculum §. porro per gloſ.*

gloſ. ibi de elec. in 6.

42 Idem probat Statutum Vrbis Romanæ *lib. 3.c. 72.* à Summis Pontificibus approbatum, quo vſus piſcandi intra limites, perſonarum terminos, & temporũ differentias reſtringitur, dominio informatur, continuoque comercio eternatur. *Cuilibet Romano Ciui, & habitatori Vrbis, & diſtrictus liberè liceat in curſu tam Tiberis quam Anienis, & Mari, quatenus fluminum ripæ, & Maris litus ſe extendunt, quocumquè tempore, & quocumq. artificio piſcari; nulliquè prohibendi aut ab ijs auferendi aliquid, ius ſit, dum tamen à prędijs, ędificijs, & piſcarijs, quæ proprios dominos habent, ſe abſtineant; & pariter à ripis regionis Arenulæ, videlicet Sanctę Seuerię, & Pauli, in quibus ſine licentia Syndici piſcari non licet.*

43 Idem confirmat Gratianus in *c. Rodiæ. 8. d.2.* vbi ſub legum di-

ſciplina etiam maritima ponit comercia, & contractus practicandos iuxtà norman adiacentium vel dominantium populorum, quales erant Rhodij. *Rodię leges naualium comerciorum ſunt, ab Inſula Rhodo cognominata, in qua antiquitùs mercatorum vſus fuit.* Ex hoc capite, naufragantium legē nobis legitimam non arguas, talia enim prætendentes i pſo iure excomunicatos quidem ſcico. c. excomunicationi. De raptoribus. Ab ipſo ſolum concludas quale, & quantum maritimum fuerit dominium.

44 Idē voluit Alexander ſextus, quando diſcordias inter Caſtellanos, & Luſitanos, de Coſilio Cardinalium taliter finiuit; vt linea ſcilicet ficta à Polo artico ad antarticum, quæ diſtaret à qualibet inſularum, quæ vulgariter nuncupantur. De los Azores y Cabo verde, centum

le-

leucis verſus occidentem, & meridiē, nauigatio ſtaret vtriſque donata. *Laert. Cherub. Bular. tom. 1. p. 393 ſub anno.* 1524. inde Hieronymus de mōte. *Tract. de finib. reg. c. 7. 8. Termini in Cælo, & aere poſiti ſunt tempore Alexadri Papæ 6. inter Luſitanos ſiue Portugalenſes, & Caſtelanos, diuidendo inſulas Indiæ tunc nouiter repertas, per lineus graduum Cæli, & quidquid reperiebatur à parte orientali erat Portugalenſium. & à parte Occidentali erat Caſtellanorū.* Reſpondet Grot *c. 6. Mar. lib. Pontificios animum fuiſſe, vt Caſtellanorum, & Luſitanorum inter ſe certamini interceſſum voluerit, aliorum autem iuri nihil diminitum.* Secundo quod: *donatio nullum habet momentum in rebus extrà comercium poſitis. Quare cum Mare aut ius in eo nauigandi proprium nulli dominiū eſſe poſſit, ſequitur nequè dari à Pontifice, neque à Luſitanis accipi potuiſſe. Præterea cum ſupra relatum ſit*

ex omnium ſani iudicij hominum ſententia Papam non eſſe dominum temporalem totius Orbis, nè Maris quidem eſſe ſatis intelligitur: quamquam & ſi id concederetur, tamē ius annexum Pontificatui in Regem aliquem aut populum prò parte nulla trāsferri debuiſſet. Sicut nec Imperator poſſet Imperij prouincias in ſuos vſus conuertere, aut prò ſuo arbitrio alienare.

Ad veritatem diſputo; ex hoc do Papam minimè totius Orbis dominum. *Principes enim gentium dominantur eorum. Matt. 20. & Luc. 22.* indè Bernard: *lib. 2. de conſid. ad Eugen. littera L. Inde deniquè ſuperintendis, ſonans tibi Epiſcopi nomine non dominium ſed officium, & infra. nam quid tibi aliud dimiſit ſanctus Apoſtolus: Quod habeo, inquit hoc tibi do. Quod illud ē? vnum ſcio, non eſt aurum neque argentum, cum ipſe dicat; Argentum, & aurum non eſt mihi. Si habere contingat, vtere*

non

non prò libitu ſed prò tempore. Et infra. eſto vt alia quacumque ratione hæc tibi vindices, ſed non Apoſtolico iure. Nec enim ille dare tibi, quod non habuit, potuit. Quod habuit, hoc dedit ſolicitudinem, vt dixi, ſuper Eccleſias. Numquid dominationem? audi ipſum: non dominantes (Pet. 1. c. 5.) *in clero, ſed forma facti gregis. Et ne dictum ſola humilitate putes, non etiam veritate, vox domini eſt in euangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatẽ habent ſuper eos, benefici vocantur. Et infert: vos autem non ſum. Planum eſt, Apoſtolis interdicitur dominatus. Quomodo ergo, & tibi vſurpare aude, aut dominans Apoſtolorum aut Apoſtolatus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis. Si vtrumque ſimiliter habere voles, perdes vtrumque.* Temporalem igitur Mundi dominiũ velim aut nolim, Pontificem nego. Ex donationis titulo nullum ius Luſitanis vel Caſtella-

nis acquiſitum concedo. Pontificię tamen ſententię, illis declaratum dominium conſtanter credo. Nonnè enim Papa ſupremam habet poteſtatem etiam temporalem in ordine ad finem ſpiritualem ſuper omnia, & ſuper omnes Reges, & Regna Mundi? verum: aliàs rebus ſpiritualibus non ſatis prouidiſſet Chriſtus; quando non reliquiſſet aliquá poteſtatem, cui conueniret temporalibus vti, quandò neceſſe ad finem ſpiritualē ſub vmbra cuius, *omnia iudicat, ipſe à nemine iudicatur.* 1. *Cor.* 2. *& cap.* 6. *neſcitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia?* Seculares Principes inter ſe digladiantes, niſi Papa conciliet, qualis pax? *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & Domus ſuprà domum cadet. Luc.* ij. Et quomodò conciliabit, niſi iudicem dicamus. Nec inſtes ſeculari gladio Prin-

cipes

cipes componendos? quia ſermo de non recognoſcente ſuperiorem; vnde cum par in parem non habeat Imperiū. *l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. c. ſi Papa. d. 40.* eorū innane iudicium, quando altius non ſufragaretur auxiliū. Teſtatur hyſtoria Zachariæ Papę quandò Chriſtianum Francorum Regem à Regno depoſuit, ei Pipinum Caroli Magni Patrem præponendo. *c. alius. 15. q. 6.* Sic Stephanus Papa, à Græcis in Germanos, tempore Conſtantini Imperatoris, Imperium tranſtulit. Imperatorum primum, Carolum Magnū creando. *c. venerabilem, de. elect. c. licet de foro compet. clement. paſtoral. de ſent. & re iudic.* Sic Innocētius. iiij. Portugaliæ Regi Regi interdixit adminiſtrationē. *c. grandi. de ſuplen. neglig. Præl. in 6.* Ad iurgia iugiùr pacanda, quæ ſolēt inter Principes ſuccreſcere, le-

gitimus iudex, arbiter ſaltem à primordio naſcentis Eccleſiæ, ad præſentia conſalutatus, non alius, quàm Papa. Hoc titulo, iurgantes Portugalenſes, & Caſtellanos compoſuit; conſtanter vt iuſtus iudex ſua cuique tribuendo, ideſt aſſignando, & declarando. Inde deducas non neceſſarium præexiſtens Maris dominium in Pontifice, quando ficta linea à polo Arctico ad Antarticum, diſtante ab inſulis Gorgonibus, centum leucis, Occidentem, & Meridiem verſus, nauigationis modum, nationibus illis, natura contrarijs, pręſcripſit: alioquin inter iudicia nullum iuridicum; quia Pręſes, & ſi iudex Domus meæ, non tamen dominus.

Ad illud verò, quod ex Alexandri ſententia, Luſitanis, & Caſtellanis, ceteras excludendo natio-

nis,

nes, non fuerit quæſitum ius, facilè conuincitur; quod enim potuit contra Lnſitanos, gratia Caſtellanorum, potuit etiam vt iudex, eorundem cauſa contra ceteras nationes; vel ſi non potuit contrà ceteras, nec potuit contra Luſitanos; tam enim Mare comune Luſitanis quam ceteris nationibus; vt vides Maris partem à Luſitanorum cómunione ſeggregare potuit, ergo, & à ceteris nationibus.

45 Idem paſſus eſt Romanus Pontifex, Gregorius X. in Lugdunenſi Concilio, quando Anconitanorum prætenſiones, cõtra vulgatum Venetorum dominium, in Mare Adriaticum, remiſit iudicandas Abbati Neruoſiæ, qui. *Anconitanos nil ſatis ſolidè probantes reiecit; permiſſa (Pontificis auctoritate) Venetis cura, Maris Adriatici oram à Sar-*

Sarrhacenis piratiſque ſimul cum vectigalium, patrimoniorumquè ſuorum iuribus defenſandi. Blond. Flaui. lib. 8. Decadis. ſalutis. 1275.

MARIS DOMINIVM

Ratione, iurequè legitimum probatur.

Cap. Quintum.

46 ET primo: Res etiam iure naturę comnnes poſſunt reddi non comunes, & dominio ſubiectæ, per Principes rerum comunium diſtribntores; ergo etiam ſi Mare eſſet natura comune, poterit non comune, fieri, & dominio ſubiectum, per Principem rerũ comunium diſtributorem. Conſequentia, admiſſo antecedenti, inæuitabiliter concludit. Probo igitur anteced: per §. *ſingulorum de rerum diuiſ: l. 1. ff. de adquir. rerũ dom. rerum dominia nanciſcimur aut*

iure

iure gentium, *aut iure ciuili*, *ideſt proprio Ciuitatis noſtræ*; ergò res iure naturæ comunes fiunt non comunes, & dominio ſubiectæ, per Principem rerum comuniũ adminiſtratorem. *Iure enim ciuili dominium nanciſcimur*.

47 Item quæro? an vltrà rerum diuiſionem, iure gentium factã in rebus, quæ ante originem ipſius iuris gentium erant comunes. *§. 3. de iure nal. gen. & cui.* alia ſit rerum diuiſio aliuſque dominij titulus? nulli dubium, quod eſt: ſcilicet, diuiſio iure ciuili facta; dominium rerum eodem iure repertum. *§. ſingulorum. cit. §. ſerui de iure perſon*: hinc homines iure ciuili propter pręcij participationem, amittere naturalem libertatem docuit Martianus in *l. 5. §. ſerui ff. de ſtatu hominum*. hinc noſtrarum rerum dominiũ, ſub vmbra iuris gentium, ſanguinis emptum

præ-

præti o ſola aggrediente vſuca-
pione, nobis, opere iuris ciuilis,
vſurpari, ſcripſit Caius. *l. 1. ff. de vſurpationibus, & vſucapion.* ergo
nil mirum ſi res, quas Ius gentium non diuiſit, diuidat, & do-
minio ſubdat Ius Ciuile, ſi iure gentium mihi venditas, & vita
libratas, aſportat.

48 Hinc fortius ſic arguo: Peius eſt rem mihi ſubiectam, me inuito auferre, quam rem communem, & nulli ſubditam mihi ſubijcere. poteſt primum Regia poteſtas, vt patet per totum *de vſucapionibus, & long. temp. præſcrip. in Diges. Inſtit. Cod. Auth. Decret.* ergo, & quod autem Mare ſit nullius (hæc enim eſt ſecunda pars antecedentis) probatur per contrarios eſt commune: ergo nullius. Quod enim commune eſt, id in nullius bonis eſt. *§. feræ de rer. diuiſ.* ergo mare in Dominio nullius, ſubijcere dominio

minio ſingulorum non repugnabit. argumento à maiori ad minus. *c. ſi Paulus, 32. q. 5. Ariſt. 49 topic. 2. c. 4.*

Occupatio rerum de iure ciuili facit res particulares, quæ ſunt natura communes. *l. 1. ff. de adquir. rerũ dom. §. ſingulorũ. eod.* ergo ſi natura valet mutari (addendo tamen, non deſtruendo) quoad communionem in diuiſionem per occupationem, quare non poterit mutari, per diſpoſitionem Principis, ſimul cum occupatione in aquæ ſubiecto? quod ſi dicas in cęteris non mutari naturam, cum ſtet tamquam ſubiectum indiferens ad communionem, & diuiſionem, veluti materia prima ad qualemumquè formam: Ariſtoteles *phiјs: primo.* cur igitur tanta admiratio contrà Maris occupationem?

o Rerum communio quoties fo-

ret

ret neceſſaria, tam foret reſpe-ctu Maris, quam cæterarum re-rum, quæ modo ſtant humana lege diuiſæ. at lex humana cætera diuidere potuit. *§ ſed ius.2. de iur. nat. gent. & c. leg. ex hoc iure. 5. ff. de iuſt. & iure. cap. ius gentium. 9. d. 1.* ergo poterit etiã Mare diuidere & occupare. ma. prop. rotundè regiſtratur. in *c. dilectiſſimis fratribus.* 12. *q.* 1. *§.* 1. *communis enim vſus omnium quæ ſunt in Mundo omnibus hominibus eſſe debuit: ſed per iniquitatem alius dixit hoc eſſe ſuum, & alius iſtud: & ſic inter mortales facta eſt rerum di-uiſio. at ſicuti non potuit aer, nequè ſplendor Solis, ità nec reliqua quæ ſunt in Mundo communiter omnibus data, ad habẽndum diuidi debere, ſed habenda eße communia. en ergo quod rerum communio tam vrget prò Ma-ri, quàm prò cæteris rebus; cæteras res humana lex diuidere potuit. ergo & Mare diuidere poterit.*

51 Item quæro an tempore incorruptæ naturæ, aliqua rerum daretur diuiſio? negatiuè reſpondent. hinc incognita Triboniani diuiſio in veſtibulo tituli. *de rerum diuiſione. rerum, quædam communia, quædam publica, quædam vniuerſitatis quædam nullius, pleraquè ſingulorum.* ſed omnia communia; ſic omnes vno communi nomine vocabantur *homines, tit. de liber. in princip.* hoc tamen non obſtante, res natura communes, diuidebat occupatio. ergo nil mirum, ſi nunc temporis quo ſtant omnia occupata, & diuiſa, eadem occupatio diuidat Mare non natura commune, ſed iure gentium indiuiſum, & occupabile relictum, quod verò etiam tempore incorruptæ naturæ, Occupatio diuideret res natura (vt volunt multi) communes, probatur. Supponamus quod ego naturæ non deprauatæ pri-

mor-

mordio, in campo voluptatis collegiſſem fructus ad manducandum, & bibendum potuiſſes nè fructus iā propria manu collectos, & ſolo ſeparatos abripere? declamando quòd omnia ſint in communitate? minimè; vndè non ſolum iuſtè negarem, verùm etiam moderamine inculpatæ tutelæ ſeruato, qualemcumquè iniuriam propulſarem, eò quod mei facti, per perceptionem, & collectionem, modum acquirendi dominium de iure naturæ. *§. ſi quis à non domino. 35. de rerum diuiſione*. vbi fructus bona fide etiam in alieno fundo percepti, naturali ratione fiunt percipientis. en ergo quod etiam primordio incorruptæ naturæ, quando terra ſine cultura, & cura dabat fructum ſuum, communia, fiebant occupatione, particularia; igitur à fortiori nunc temporis, quo
ſtant

ſtant omnia diuiſa, eadem occupatio valebit mare diuidere, ſua natura occupabile.

52 Item, & fortiùs. Superueniente (quod etiam in præmiſſis regiſtraui) extrema neceſcitate quæ hominem ponit in Damaſceno, campo, incorruptæque naturæ fructus, comunicat, nonne fiunt omnia comunia? verum. Et tamen occupata ab exiſtenti in extrema neceſitate, poſſunt nè arripi ab altero eadem calamitate laborante? minime. Qua de cauſa? quia melior eſt conditio poſſidentis, per poſſeſcionem factus eſt dominus, & iure decantat hoc eſt meum. Nec obſtat iuræ naturę, non dari meum, & tuum; non enim propoſitio omni exceptione maior.

52. Mare per contrarios eſt ſui natura comune. *Tit. de rerum diuiſione*, tu tamen adiungas, *negatiue*

non

non *poſitiuè.* ergo ocupanti concedendum. Probatur conſequētia. Res ſui natura comunes, dicuntur eſſe in nullius bonis. *§. feræ. 12. de rer. diuiſ.* ſed quod in nullius bonis eſt, naturali ratione occupanti cōceditur. *cit. §.* ergo ſi mare ſui natura comune, eſt per conſequens in nullius bonis, indubitabiliter occupanti concedetur. Hac enim ratione feras capere, volucres, piſces, nulli prohibitum, cum ſint natura comunia, per conſequens in nullius bonis, tandem occupantibus ſubijcibilia. *§. littorum §. feræ* 12. *§. illud.* 13. *§. apium.* 14. §. *pauonum.* 15. §. *gallinarum.* 16. *eod.*

Dices etiam res ſacræ. Sanctæ, & religioſæ dicuntur in nullius bonis. §. 7. *eod.* non tamen currit conſequētia: ergo occupabiles. eſto igitur, quod Mare ſit in nullius bonis, non tamen valebit illatio. Ergo occupabile.

Reſpond: res ſacras, Sanctas, in nullius bonis dici tam actu quã potentia, quod non eſt de mare, & ſi enim actu nullius, potentia tamen eſt ſingulorum. Quod probo. Numquam reperietur in corpore iuris, Mare reponi ſub illo membro nullius, quod competit rebus ſacris, ſanctis, & Religioſis; contra verò reperietur Mare poſitum ſub illo membro nullius, quod eſt potentia ſingulorum, vti dicitur de omnibus rebus comunibus. E.g. littorum vſus comunis eſt, per cõſequens in nullius bonis; non tamen prohibitum, ibi caſam ponere, in quam ſe recipiat; non tamen prohibitum ibidem recia ſiccare, ex mari deducere. Ergo Mare non ità dicetur nullius, vti dicuntur res ſacræ, ſanctæ &c. Sed ſolũ dicetur nullius actu, ſingulorum potentia.

54 Proprietas Maris eiuſdem iuris eſſe intelligitur, ac ſunt littora

ra eiuſdem Maris. §. *littorum*. 5. *de rerum diuiſione*. Sed littorum proprietas occupabilis eſt, vnde ſi ego in littoribus caſam poſuerim, non potes ſuperuenire, & caſam à me poſitam deſtruere. §. *littorum. cit. l.* 145. *præſcriptio. ff. de vſucap. l. quod in littore*. 14. *ff. de adquir. rer. dom. quod in littore quis ędificauerit, eius erit, nam littora publica non ità ſunt, vt ea quæ in patrimonio ſunt populi: ſed vt ea quę primum à natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium peruenerunt*. Nota igitur duo ex hac lege: primum, quod ædificium in littore poſitum ædificanti cõceditur. Secundum. ideo ædificanti dari, quia littora in nullius adhuc peruenerunt dominium. Ex quo inferas maritimæ partis proprietatem occupabilem, cuius ocupatio duratura, quoaduſquè continuabit poſſeſſio.

55 Si Mare eſſet natura comune,

adhuc poſſet iure ciuili, & municipali fieri particulare. Ergo &c. atecedens probatur ex *l. 6. ius ciuile. ff. de iuſtitia, & iure. Ius ciuile eſt quod nequè in totum à naturali, vel gentium recedit: nec per omnia ei ſeruit. Itaquè cum aliquid addimus vel detrahimus iuri comuni, iūs proprium ideſt ciuile efficimus.* En igitur quod etiam ſi Princeps non valeat, in totum mutare ius naturale, & tollere, poterit tamen ex iuſta cauſa limitare atquè reſtringere. Ergo, & in præſenti quoad Mare, etiam ſi eius vſus non valeat tolli, valebit tamen modificari, & reſtringi. Sed in preſenti non ſupponimus vſum Maris ſublatum, ſed tantum ex iuſta cauſa modificatum, nonnullis practicatum vectigalibus. Ergo &c.

56 Item: Vſus nauigandi, & piſcandi in flumine valet ne interdici? affirmatiuè reſpondent om-

omnes. Teſte Arnoldo Vinnio *inſtit. 2. titulo de rerum, diuiſione §. flumina. 2. n. 1 nequè eſt quiſquam qui dubitet quin vſu nauigandi, & piſcandi in flumine exteri prohibeantur, & prohiberi poßunt*. à pari, et vſus nauigandi in Mari prohiberi poterit. Quod ſi dicas, Mare cõnumerari inter comunia, flumen verò inter publica, vndè non mirum ſi prohibeatur iſtud, & non illud.

Contra. Primoquê præmito, quod non loquor de corpore Maris, & fluminum, ſiue de proprietate, & alueo; ſed loquor tantum de vſu nauigandi, & piſcandi, de quo quæro? quinam fecerit Mare comune, flumen verò publicum? nulli dubium quod ius ciuile. § 2. *flumina. de rerum diuiſione*, & aliter reſpondeant ſi poſſunt. Si igitur iure ciuili Mare factum eſt comune, flumen verò publicum, eodem iure ciuili

poterit Mare de comuni in publicum comutari, §. *ſed naturalia. ij. de iure nal. gen. & ciu:* vel ſi non poteſt Mare à iure ciuili publicum fieri, nec flumen fiet. Ius ciuile potuit primum. Ergo poterit, & ſecundum.

57 Vſus piſcandi, & nauigandi in flumine eſt ità comunis, ſicuti comunis eſt vſus piſcandi, & nauigandi in Mari. §. *flumina. 2. de rerum diuiſ. ideoquè ius piſcandi omnibus comune eſt in portu, & fluminibus.* Ergo ſi vſus piſcandi, & nauigandi in flumine, etiam ſi comunis §. *cit.* valet prohiberi, vt nulli dubium: pariter, & vſus nauigandi in parte Maris, etiam ſi comunis poterit prohiberi.

58 Maris vſus (vt decantat Imperator *in* §. *& quidem.* 1. *eod.*) eſt iuriſgentium, ſed Ius gentium nō reſpuit dominium, imo de eſſentia Iuriſgentium eſt introdu-

cere

cere dominium, ius naturale declarando, & interpretando, & quaſi reuiuiſcendo. § *ius autem ciuile* 1. *ſed ius* 2. *de iur. nal gent. & ciu.* hinc à iure gentium bella orta, diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini impoſiti, ædificia collocata, comercia, emptiones, venditiones, locationes conductiones, obligationes, *l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iure.* Seruitutes ſequutæ §. *ſeruitus. de iure perſonarum.* homines ſeruati non occiſi. §. *ſerui. eod.* libertatis introducta vocabula, beneficia manumiſſionis reperta. *Tit. de liber:* & tandem omnis diſtinctio à iure gentium. At vſus Maris iuris gentium dicitur. ergo.

59 Fluminum proprietas dicitur habentium viciniora prædia. §. *riparum.* 4. *de rerum diuiſ* ergo etiam Maris proprietas dicetur habentium viciniora littora.

conſeq: probatur in tantum fluminum proprietas eſſe dicitur habentium viciniora prædia, in quantum incomodum reſarciẽdi ripas ſpectat ad habentes viciniora prædia; vnde naturali conueniens eſt æquitati, vt earum proprietas ſubleuet eorum damna, & incomoda. *l. eum qui 30. ff. de iur. iur. l. ſecundum nat. de R. I. c. qui ſentit. c. rationi. eod.* at eadem ratio reſarciendi littora, immò Mare latronibus purgandum pertinet ad habentes viciniorem Ciuitatem ergo etiam Maris proprietas pertinebit, ad habentes viciniorem Ciuitatem.

Quod ſi dicas ſimilitudinem in hoc tantum currere, quod ſicuti riparum proprietas ſpectat ad habentes viciniora, ſic littorum proprietas pertineat ad habẽtes viciniorem Ciuitatem, non verò quod alueus eiuſdem fluminis

nis dicatur quoad proprietatem habentium viciniora prædia. alueus enim ille nullius dicitur, vt notant multi, ſic etiam applica ad Maris profundum.

Contra: talis enim reſponſio prò me pugnat. Fluminis alueus etiam ſi nullius dicatur, conclamantibus aduerſarijs, poteſt extraneis interdici quoad nauigationem, & piſcationem, ergo, & Mare profundum.

60 Inſuper: Fluminis alueus non reſpuit dominium, imo dicitur priuatorum proprius; ergo idem de maris arena, añs. prob. per *leg. ergo. 30. ff. de adquir. rerum dominio. leg. inter 29. ff. eod.* Inſula in flumine nata occupanti non conceditur, ſed eorum eſſe dicitur pro parte, qui viciniora habent prædia. *§. inſula. 22. eod.* ſic. *ſi flumen naturali relicto alueo, ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alueus, eorum eſt, qui propè*

ripam eius, prædia poſſident, prò modo ſcilicet latitudinis cuiuſquè agri, quæ propè ripam ſit. his poſitis, quęro, qua de cauſa fluminis alueus dicatur priuatorum proprius? non alia, niſi quia vt ſuprà dicebamus, habentes viciniora prædia tenentur reſarcire ripas, pleniſſimum continentes flumen, & naturalem curſus tenentes rigorem *leg.* 1. *§.ripa. ff de flumini.* hinc naturali æquitate, vt ſemper incomodo contraponatur comodum, ſtant illis quoad proprietatem deſignatæ. at idem incomodum imò maius in littoribus vrget, marinos eluentibus fluctus. *§. eſt autem* 3. *de rer. diuiſione.* idemque Mare à latronibus & piratis immune tueri. ergo.

61 Idem probat Paulus in *leg. ſanè.* 14. *ff. de iniurijs Sanè ſi Maris proprium ius ad aliquem pertineat, vti poſſidetis interdictum ei competit, ſi*

pro.

prohibeatur ius ſuum exercere: quoniam ad priuatam iam cauſam pertinet, non ad publicam hæc res; vt potè cum agatur de iure fruendo, quo ex priuata cauſa contingat, non ex publica. ad priuatas enim cauſas accommodata interdicta ſunt, non ad publicas. modo conſidera an Mare valeat fieri priuatum.

Reſpondent contrarij inter quos Hugo Grot. in *Mare liberum. c.* 5. quod, in *diuerticulo Maris, ſicuti in diuerticulo fluminis, ſi talem locum occuparim, ibique piſcatus ſim, maximè ſi animum priuatim poſſidendi plurium annorum continuatione teſtatus fuerim, alterum eodem iure vti prohibebo: vt ex Marciano colligimus, non aliter quam in lacu, qui mei dominij eſt. quod verum; quandiù durat occupatio, quemadmodum in littore antea diximus.*

Contra. ad quid igitur digladiamur, ſi non aliter in Mari, quā in lacu qui mei dominij eſt.

℞. Grot. quod *extra diuerticulum idem non erit, nè ſcilicet communis vſus impediatur.*

Contra. vel maris natura Dominio repugnat vel rerum communitas. Si natura Maris, ergo nec in diuerticulo; eadem vbique ratio. permittitur in diuerticulo, igitur & in ſpatioſo diſtrictu. Si verò rerum communitas, hæc facillime tollitur, ibi enim rerum magis vrget communio; vbi maior neceſſitas: neceſſitas magis ſtringit quoad terram, quam quoad Mare; ea tamen particularizata, ergo.

Confirmatur: Fodinæ, mineralia, flumina, in intimis terrarum partibus, quas Mare non alluit, ſunt magis neceſſaria, quam Mare reſpectu illarum regionum; quæ irrigantur fluminibus, alluunturquè Mari; hoc non obſtante ſtant illa appropriata. ergo. hãc veritatem fun-

ditus quidem cognouit erudi. tus Grotius, etſi gratia fæderatorum Hollandiæ, ipſam retruſerit. *Maris* (inquit) *natura hoc differt à littore, quod Mare niſi exigua ſui parte nec inædificari facilè nec includi poteſt; & vt poßet, hoc tamen vix contingeret ſine vſu promiſcui impedimẽto. Si quid tamen exiguum, ità occupari poteſt, id occupanti conceditur.* Maris dominium negare non audet, in diuerticulo tamen occludere tentat; cuius diſcrimen aſſignatum fore non ſpero. *Non de Mari* (eod. c. 5.) *interiori hic agimus, quod terris vndiquè infuſum alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit, de quo tamen conſtat locutos Romanos Iureconſultos, cum nobiles illas aduerſus priuatam auaritiam ſententias ediderunt. De Oceano quæritur, quem immenſum infinitum, rerum parentem. Cælo conterminum antiquitas vocat.* Et inferius. *In hoc Oceano non de ſinu aut*

freto,

freto, nec de omni quidem eo, quod de littore conſpici poteſt, controuerſia eſt. Idem replicauit. c. 2. ad finem. *Nemo iam non videt, ad vſum rei, communis intercipiendum, nullam quantiuis temporis vſurpationem prodeſſe. cui adiungendum eſt etiam eorum, qui diſsentiunt auctoritatem huic quæſtioni non poſſe accommodari. illic enim de Mediteraneo loquitur, nos de Oceano: illi de ſinu, nos de immenſo Mari, quæ in ratione occupationis plurimum differunt.*

Adiungas. quid iuris ſi alter Macedo, aut ſecundi Quirites totum ſibi proſternerent Orbem, tunc: etiam quoad totum facilis eſſet occupatio, ergo ex ipſa dominium.

Confirmatur: difficultas occupationis non tollit dominium, alioquin feræ, vti Leones, Vrſi, Tigræ, Panthæræ, & ſimilia cum difficilimè occupentur, ſub dominio non caderent: cadunt:

ergò.

Confirmatur. Lapillorum inuentio, quà eorum dominium nanciſcimur. *leg. idem lapilli 3. ff. de rerum diuiſione.* rara, & difficilis eſt, vt de conchilijs, margaritis in Maris profundo; hæc tamen difficultas non negat dominij potentiam; ergo.

Confirmatur. America, quæ fons auri, & Hiſpanorum errarium decantatur, quot deglutiuit Hyſpanos, priuſquam ferea domarentur catena Incolæ illi; quot Argonauticas abſorbuit Mare, antequam Magallianes Neptunus reſpiceret. Quot rapuere Aquilones, vſque ad Americum Veſpucium; quando anno 1501. Mundi Regiam maioribus noſtris, longo ſeculorum ignoratam ſpatio, poſſedit? ea tamen difficultas ne ſuſtulit dominium? ridiculum. do igitur Mare reſpectu totius difficilimè occupari,

ri, ſi tamen occuparetur; quid impedit dominari?
62 Accedo ad aliud: Tituli dominandi ſtant adeo iure ciuili & gentium ampliati, vndè etiam repertus modus, quo & incorporalia ſubijciantur dominio. *l.4. ff. ſi ſeruitus vindic. §. æquè. inſtit.4. de action.* hinc in rem ciuilem dari actionem, prò illis recuperandis, clamant Vlpianus, & Tribonianus cit. loc. quapropter ſi inferatur, etiàm incorporalia dominio ſubijci; illationem patrocinantur Paulus *leg. in rem actio. 32. ff. de rei. vindic.* Imperator ad §. . *de action.* inde proloquium, à rei vindicatione dominium argui in actore. Si igitur incorporalia poſſidentur, Dominio ſubijciuntur, quanto magis corporalia, intra quæ Mare.
63 Idem probatur per Celſum in *leg. 3. littora. ff. ne quid in loco pub. Littora, in quæ Populus Romanus*
Im-

Imperium habet, Populi Romani eſſe arbitror. en littora priuata, ergo & Mare priuatum, patet illatio, cum pars totius ſequatur naturam. *cap. cum non liceat. de præſcript. cap. 1. & 2 d. 12. cap. in cauſis. de ſent. & re. iudic.* Litora ſunt pars Maris, vel Maris ſaltem ſequentia naturam *leg. nemo 4. ff. de rerum diuiſione;* priuata tamen, ergo.

Reſpondent contrarij vnanimiter Vaſq. Grot. Granſuuinchel. interpretari Celſum quoad iuriſdictionem, & Imperium, nec poſſibile intelligi de proprietatis dominio.

Contra. & prò nunc gratis do voculam illam imperij non includere proprietatis dominium, adhuc etiam concluditur ex verbis citatæ legis, proprietatis dominium, vltrà iuriſdictionem, & imperium Populi Romani fuiſſe. ergo. añs pr. ſcribit Celſus: *littora in quæ Populus Romanus Im-*

pe-

perium habet. ecce Imperium per contrarios & Iuriſdictio. *Populi* (concludit Celſus) *Romani eſſe arbitror.* ecce per me proprietatis dominium. nota, quod ibi non controuertebatur Imperium & Iuriſdictio, ſed ſupponebatur. *littora in quæ Populus Romanus imperium habet.* difficultas erat circa proprietatis dominium: cui reſpondet: *Populi Romani eſſe arbitror.*

64 Ius Ciuile adeò vltrà tendit in permiſſione dominij, vt etiam rem meam omni iure naturali, diuino, Gentium, Ciuili conceſſam, nulla imaginabili interueniente culpa, vel negligentia (vt excludatur præſcriptionis ratio) licitè valeat auferre, alterique concedere; ergo à fortiori rem à nullo poſſeſſam, omnibuſquè communem, & occupandam, huic vel illi poterit aſſignare. antecedens probatur ex *§. quod ſi*

23. *de rerum diuiſione.* vbi agri mei per vim fluminis oppreſſi, adeo perduntur, vt etiam ſi flumen poſt aliquod tempus, ad priorem alueum fuerit reuerſum, adhuc non poſſunt repeti, ſed habentibus viciniora prædia, quæſiti dicuntur. nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius & ipſum flumen eſt, ideſt publicus. quod ſi poſt aliquod tempus, ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui propè ripam prędia poſſident. Hanc deciſionem quo animo ferant Iuriſtæ vel Philoſophi; neſcio. eſto enim, quod flumine naturaliter mutante alueum, proprios perderem agros, eo quia vi fluminis inundatos, cur tandem non reconceduntur flumine recedente? ſi forſan natura ſui conſcia criminis, miſeri domini deplorabilem dolens ſtatum, veterem

re-

repetendo alueum, compeditos vt ità dicam, ſoluit agros. In principio ſi naturæ facto perdebantur, cum ab eadem natura modo reſtituantur, cur & nos non imitamur naturam, reſtituendo? vt auferamus, naturam decantamus: vt reſtituamus, ipſam nec recordamur. Nec mouet; Dominum declamare abſque ſui culpa, nullo interueniente crimine, ſolo hominum facto, inuitum ſuo iure priuari? hæc enim & peiora, legalia decantamus, iuſtiſſima prædicamus. Quandò tandem agitur de Maris dominio, ſola vocabula abhorremus, vt diabolica deteſtamur.

65 Inſula, quæ in Mari naſcitur, tamquam comunis occupantibus datur. *§ inſula.* 22. *eod.* imò ad ſemper particularis fit, ergo Mare vti Mare, nō reſpuit particulare dominium. Quod ſi dicant

cant occupari Inſulam, & non Mare: Contra: ſimul cum Inſula occupatur Mare, ergo.

66 Inſula in Mari nata, non eſt comunis, nec occupātibus conceditur, niſi prout reduplicatiuè nata in Mari. Sed vt reduplicatiuè in Mari nata, particularis ſit, & occupantibus conceditur; ergo Mare vt Mare non reſpuit occupantium dominium.

67 Inſula quæ in Mari naſcitur, occupantibus non conceditur, ſed loci adiacentis etiam quoad proprietatis dominium, dicitur. quādo vltra centū milliaria non diſtet. *Bartolus tract. de flum. n.* 1, *&* 2. quod probat, per legem. *notionem. §.* 1. *ff. de V.S.* ergo quælibet Ciuitas à proprijs litoribus ad centum Maris milliaria dicetur habere Iuriſditionem, ius, proprietatis dominium. &c.

68 Item. Quænam dicuntur magis homini neceſſaria, Mare, vel

vel alimenta? quorum numero cibus, veſtimenta? & nulli dubium quod alimenta: hinc quãdo de ipſis agitur, nulla diuiſio, nulla diſtinctio. §. 2. *cum in eadem, l. 2. ff. ad l. Rhodiam de iactu.* imò nulli iacturæ aut vectigali ſubiecta, reduplicatiuè vt alimenta conſiderata. Quærebatur in citata lege, an omnium rerum prò portione iacturam pati deberent ij, qui ſimul in eadem naui, in Mari merces proiecerint; leuandæ nauis gratia, imminente tempeſtatis periculo? reſpondet Paulus: *Placuit, omnes, quorum interfuiſſet iacturam fieri, conferre oportere, niſi ſi quę conſumendi cauſa impoſita forent, quo in numero eſſent cibaria: eo magis quod ſi quãdo ea defecerint in nauigatione, quod quiſque haberet, in comunione conferret.* hinc axioma, quod tempore neceſſitatis ſunt omnia comunia, ideſt comunicanda

veni-

veniũt tempore neceſſitatis. Ità Acurſius ad *l.cit.*alimenta igitur ratione neceſſitatis ſuperãt cuncta creata; illa tamen diuiſa, & dominij particularis oppreſsa iugo.ergo etiã ſi Mare eſſet comune ideſt neceſſariũ, vt explic.*Io: Viſcont.tit.de rerũ diuiſ.n.*2. poterit ſub dominio, & diuiſione ſtare.

69 Aucupium in aere, & in terra venatio iure naturæ dicuntur comunia, nec iure gentium indiuiſa relicta, vt volunt Omnes ad §. *feræ.* 12. *de rerum diuiſ. Feræ igitur beſtię, & volucres, & piſces, & omnia animalia, quæ Mari Cęlo, & terra naſcuntur: ſimulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt, quod enim ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec intereſt feras beſtias, & volucres vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno.* Hoc poſito, quero: poſſum ne tibi prohibere ne ingrediaris fũ-

dum

dum meum, & ſi venandi aut aucupandi cauſa? affirmatiuè reſpondet Imperator. *citato §. planè qui alienum fundum ingreditur, venandi aut aucupandi gratia, poteſt à domino prohiberi, nè ingrediatur.* Ergo etiam reſpectu Maris prohibere potero, nè quis ingrediatur nauigandi, vel piſcandi cauſa. Nulla enim maior ratio, quod ſi eſt, aſſignetur.

70 Terræ elementum dicitur homini magis neceſſarium, quam elementum aquæ; ea enim tamquam antemurali, à fluctibus Maris deffendimur; quod nomine terræ, Scriptura complectens, ſcribit. *In principio creauit Deus Cælum, & terram. Geneſ.* 1. Si ergo diuiſa ſtat terra, adeò homini neceſſaria; cur non poterit diuidi aqua?

71 Item quæro: quid ſit magis neceſſarium, nauigatio, & piſcatio in Mari, vel vſus aquæ ad quoti-

dia.

dianum abuſum? nulli dubium, quod ſecundum; ergo ſecūdum deberet eſſe magis comune? cōcludit. at hoc non obſtante, ſecundum eſt minus comune, imò totum ſingulare, ergo &c. in Ciuitatibus enim etiā à Mari longinquis, talis vſus ſtat adeo diuiſus, & priuatorum proprius, vt ſi vnicus currat riuulus, ad terram irrigandam neceſſarijſſimus, ſpecialiter in locis ſalebroſis non dantibus fructum, niſi rigentur, & ille, mediante prætio à comunitate ſecernitur. ergo.

72 Idem probauit Vlpianus in *l. venditor. 14. ff. comunia prediorum. Venditor fundi Hieroniani fundo Botriano, quem retinebat, legem dederat, ne contra eum piſcatio thynnaria exerceatur. quamuis Mari, quod natura omnibus patet, ſeruitus imponi priuata lege non poteſt: quia tamē bona fides contractus venditionis ex-*

poſuit, perſonæ poſſidentium per ſti-pulationis legem obligantur. Hic duo conſidero: primum quod ratione bonæ fidei, contractui cohærentis, maris ſuſpenditur comunitas; ergo ſortius vrget Bona fides contractuum, quam Maris comunitas; cum hæc illi cedat, & vmbra bonæ fidei, mare particulare fiat. at quid mihi, bona fide, aut alio titulo fieri? dumodo fiat; non curo de modo, quando mihi concedatur effectus *l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit.* nihil refert quid ex ęquipollentibus fiat *l. Iulianus. ff. de condit. & demonſtra*. Sic filij ne ære alieno grauētur, propter paternam ſucceſſionem, cuius, iure ciuili, legitimi, & neceſſarij ſunt hæredes, vndè volentes vel nolentes trahuntur ad continuandum dominium paternorum bonorum, quod etiam viuo patre aliqualiter poſſidebāt;

in-

inuentum eſt auxilio Prætoris, *abſtentionis* remedium, quo, & ſi paternam repudient hæreditatem, tantum & tale obtenebrāt facinus. *§. ſui. 1. de hæred. qual. & diferentia.* Sic Vlpianus figendo atque refigendo iura, primo mare dicet comune, tandem facit particulare, vmbra bonæ fidei, quæ per ipſum naturam deſtrueret, iura ſubuerteret; etiam ſi ſemper legum fictiones debeant (quantum poſſibile ſit) imitari naturam, aut ſaltem non repugnare *§. minoren natu. de adopt.*

73 Secundum quod conſidero in lege citata, eſt, quod *ſeruitus Mari priuata lege imponi non poteſt*. ità Vlp. ergo lege publica imponi poterit. argumento à contrario vt in *l. 1. ff. de officio eius. c. qualis. d. 25.*

Idem Vlpianus in *l. colonus. 64. ff. locati.* vbi ſcribit. in *§. 1. Nauem conduxit vt de prouincia Cyrenenſi A.*

quilæiam nauigaret, olei metretis tribus millibus impoſitis, & frumenti modijs octo millibus, certa mercede: ſed euenit vt onerata nauis in ipſa prouincia nouem menſibus retineretur, & onus impoſitum comiſſo tolleretur. quæſitum eſt &c. modo quæro cur ſublatum impoſitū onus? reſpondet Gloſ: quia fortè merces erant illicitæ. Non igitur libera nauigatio; concludunt *Baldus ibid: Barthol. Cæpol. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de Mari.* onus enim naui impoſitum portabatur cōtrà decretum quod in illo Mari vigebat.

74 Principalis ratio introducendi dominium à Mundi primordio fuit, vt *Sontes punirentur* adauctis enim hominibus, cum totali prauæ mentis incremento, adeo vt, Deum pænituiſſet, hominē in terra feciſſe 1. *Geneſ. c. 6.* vnuſquiſque ſibi, ſub titulo mei, & tui, bona cumulando ſtudebat,

vndè

vndè laxatis habenis, rerum cõmunio è Mundo aufugeret, deli&ctorumquè omnium dominaretur impunitas, armorum præpotentia, minore deſeruiente maiori. inde *Ouid. lib.* 1.

Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamquè nocens ferrum, ferroquè nocentius aurum.
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque.
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.
Imminet exitio vir coniugis illa mariti.
Lucida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & Virgo cæde madente &c.

hinc Iuriſgentium caput, *punire*

ſontes; ad quod bella, captiuitates, pænæ, Magiſtratus, iudicia, dominia, contractus; quæ & ſi prima fronte iuri naturali aduerſari videantur; quia tamen humanis exigentibus neceſſitatibus, ad medelam iuris naturalis fuere introducta; nemo fuit qui belli, & dominij audita voce (vt malignantes coercerentur) reclamaret. Qui pacem deſiderat, præparet bellum. Huius occaſione captiui, plurimi, quos non necandos, ſed ſeruandos naturalis docebat pietas, quando poſitis armis, noſtrę ſe darent poteſtati; hinc non à ſeruiendo, ſed à ſeruando, *ſerui* ſunt dicti. §. *ſerui. l. 4. ff. de ſtatu hominum.* Modo quæro. Pręfata ratio introducti dominij in terra, male factores puniendo ad publicam pacem (quæ dicitur anima corporis politici) militat ne in Mari? nulli dubium: vulgatum axi-

axioma; quod ſicuti in terra Princeps tenetur à malis hominibus prouinciam purgare *l. congruit. ff. de off. preſid:* ità & in aqua *l. 1. C. de Claſſibus lib. x.* hinc quemadmodum Rex delinquentem in ſuo territorio punire poteſt, ſic delinquentem in mari, quod illi ſubijcitur ciuitati. Ità comuniter D. D. ad *c. vbi periculum. de elect. in 6.*

75 Adeò Mare ſtat ſub dominio; vt etiam ſi nauigantes naufragium patiantur, & diripiantur à circumuicinis, naufragio (vt ità dicam) aſſiſtentibus, non veniũt reſarciendi, ſed illa prætioſa, quaſi ſpolia victorum contrà miſeros naufragantes, vicinis aſſignantur. *l. deprecatio. 9. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Domine Imperator Antonine* (ecce naufragantium quærelæ) *naufragium facientes in Italia direpti ſumus à publica-*

 nis,

vel alimenta? quorum numero cibus, veſtimenta? & nulli dubium quod alimenta: hinc quã do de ipſis agitur, nulla diuiſio, nulla diſtinctio. *§. 2. cum in eadem. l. 2. ff. ad l. Rhodiam de iactu.* imò nulli iacturæ aut vectigali ſubiecta, reduplicatiuè vt alimenta conſiderata. Quærebatur in citata lege, an omnium rerum prò portione iacturam pati deberent ij, qui ſimul in eadem naui, in Mari merces proiecerint; leuandæ nauis gratia, imminente tempeſtatis periculo? reſpondet Paulus *Placuit, omnes, quorum interfuiſſet iacturam fieri, conferre oportere, niſi ſi quę conſumendi cauſa impoſita forent, quo in numero eßent cibaria: eo magis quod ſi quãdo ea defecerint in nauigatione, quod quiſque haberet, in comunione conferret.* hinc axioma, quod tempore neceſſitatis ſunt omnia comunia, ideſt comunicanda

veni-

veniũt tempore neceſſitatis. Ità Acurſius ad *l.cit.*alimenta igitur ratione neceſſitatis ſuperãt cuncta creata; illa tamen diuiſa, & dominij particularis oppreſsa iugo.ergo etiã ſi Mare eſſet comune ideſt neceſſariũ, vt explic. *Io: Viſcont.tit.de rerũ diuiſ.n.*2. poterit ſub dominio, & diuiſione ſtare.
69 Aucupium in aere, & in terra venatio iure naturæ dicuntur comunia, nec iure gentium indiuiſa relicta, vt volunt Omnes ad §. *feræ.* 12. *de rerum diuiſ. Feræ igitur beſtię, & volucres, & piſces, & omnia animalia, quæ Mari Cęlo, & terra naſcuntur: ſimulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt, quod enim ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. Nec intereſt feras beſtias, & volucres vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno.* Hoc poſito, quero: poſſum ne tibi prohibere ne ingrediaris ſũdum

dum meum, & ſi venandi aut aucupandi cauſa? affirmatiuè reſpondet Imperator. *citato §. planè qui alienum fundum ingreditur, venandi aut aucupandi gratia, poteſt à domino prohiberi, nè ingrediatur.* Ergo etiam reſpectu Maris prohibere potero, nè quis ingrediatur nauigandi, vel piſcandi cauſa. Nulla enim maior ratio, quod ſi eſt, aſſignetur.

70 Terræ elementum dicitur homini magis neceſſarium, quam elementum aquæ; ea enim tamquam antemurali, à fluctibus Maris deffendimur; quod nomine terræ, Scriptura complectens, ſcribit. *In principio creauit Deus Cælum, & terram.* Geneſ. 1. Si ergo diuiſa ſtat terra, adeò homini neceſſaria; cur non poterit diuidi aqua?

71 Item quæro: quid ſit magis neceſſarium, nauigatio, & piſcatio in Mari, vel vſus aquæ ad quoti-

dia-

dianum abuſum? nulli dubium, quod ſecundum; ergo ſecũdum deberet eſſe magis comune? cõcludit. at hoc non obſtante, ſecundum eſt minus comune, imò totum ſingulare, ergo &c. in Ciuitatibus enim etiã à Mari longinquis, talis vſus ſtat adeo diuiſus, & priuatorum proprius, vt ſi vnicus currat riuulus, ad terram irrigandam neceſſarijſſimus, ſpecialiter in locis ſalebroſis non dantibus fructum, niſi rigentur, & ille, mediante prætio à comunitate ſecernitur. ergo.

72 Idem probauit Vlpianus in *l. venditor. 14. ff. comunia prediorum. Venditor fundi Hieroniani fundo Botriano, quem retinebat, legem dederat, ne contra eum piſcatio thynnaria exerceatur. quamuis Mari, quod natura omnibus patet, ſeruitus imponi priuata lege non poteſt: quia tamẽ bona fides contractus venditionis ex-*

poſuit, perſonæ poſſidentium per ſtipulationis legem obligantur. Hic duo conſidero: primum quod ratione bonæ fidei, contractui cohærentis, maris ſuſpenditur comunitas; ergo fortius vrget Bona fides contractuum, quam Maris comunitas; cum hæc illi cedat, & vmbra bonæ fidei, mare particulare fiat. at quid mihi, bona fide, aut alio titulo fieri? dumodo fiat; non curo de modo, quando mihi concedatur effectus *l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit.* nihil refert quid ex ęquipollentibus fiat *l. Iulianus. ff. de condit. & demonſtra.* Sic filij ne ære alieno grauētur, propter paternam ſucceſſionem, cuius, iure ciuili, legitimi, & neceſſarij ſunt hæredes, vndè volentes vel nolentes trahuntur ad continuandum dominium paternorum bonorum, quod etiam viuo patre aliqualiter poſſidebāt; in-

inuentum eſt auxilio Prætoris, *abſtentionis* remedium, quo, & ſi paternam repudient hæreditatem, tantum & tale obtenebrāt facinus. *§.ſui.1.de hæred. qual. & diferentia*. Sic Vlpianus figendo atque refigendo iura, primo mare dicet comune, tandem facit particulare, vmbra bonæ fidei, quæ per ipſum naturam deſtrueret, iura ſubuerteret; etiam ſi ſemper legum fictiones debeant (quantum poſſibile ſit) imitari naturam, aut ſaltem non repugnare *§.minoren natu. de adopt.*

73 Secundum quod conſidero in lege citata, eſt, quod *ſeruitus Mari priuata lege imponi non poteſt*. ità Vlp. ergo lege publica imponi poterit. argumento à contrario vt in *l.1.ff.de officio eius. c. qualis.d.* 25.

Idem Vlpianus in *l.colonus.61.ff.locati*. vbi ſcribit. in *§.1. Nauem conduxit vt de prouincia Cyrenenſi A.*

quilæiam nauigaret, olei metretis tribus millibus impoſitis, & frumenti modijs octo millibus, certa mercede: ſed euenit vt onerata nauis in ipſa prouincia nouem menſibus retineretur, & onus impoſitum comiſſo tolleretur. quæſitum eſt &c. modo quæro cur ſublatum impoſitũ onus? reſpondet Gloſ: quia fortè merces erant illicitæ. Non igitur libera nauigatio; concludunt *Baldus ibid: Barthol. Cæpol. de ſeruit. ruſtic. præd. tit. de Mari.* onus enim naui impoſitum portabatur cõtrà decretum quod in illo Mari vigebat.

74 Principalis ratio introducendi dominium à Mundi primordio fuit, vt *Sontes puniantur*. adauctis enim hominibus, cum totali prauæ mentis incremento, adeo vt, Deum pænituiſſet, hominẽ in terra feciſſe. 1. *Geneſ. c. 6.* vnuſquiſque ſibi, ſub titulo mei, & tui, bona cumulando ſtudebat,

vndè

vndè laxatis habenis, rerum communio è Mundo aufugeret, deliĉtorumquè omnium dominaretur impunitas, armorum præpotentia, minore deſeruiente maiori. inde *Ouid. lib. 1.*

Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iamquè nocens ferrum, ferroquè nocentius aurum.
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque.
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.
Imminet exitio vir coniugis illa mariti.
Lucida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas: & Virgo cæde madente &c.

hinc Iuriſgentium caput, *punire*

axioma ; quod ſicuti in terra Princeps tenetur à malis hominibus prouinciam purgare *l. congruit. ff. de off. præſid:* ità & in aqua *l. 1. C. de Claſſibus lib. x.* hinc quemadmodum Rex delinquentem in ſuo territorio punire poteſt, ſic delinquentem in mari, quod illi ſubijcitur ciuitati. Ità comuniter D. D. ad *c. vbi periculum. de elect. in 6.*

75 Adeò Mare ſtat ſub dominio ; vt etiam ſi nauigantes naufragium patiantur, & diripiantur à circumuicinis, naufragio (vt ità dicam) aſſiſtentibus, non veniūt reſarciendi, ſed illa prætioſa, quaſi ſpolia victorum contrà miſeros naufragantes, vicinis aſſignantur. *l. deprecatio. 9. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Domine Imperator Antonine* (ecce naufragantium quærelæ) *naufragium facientes in Italia direpti ſumus à publica-*

 nis,

nis, Cyclades Inſulas habitantibus: Reſpondit Antoninus Eudemoni. Ego quidẽ Mundi Dominus, Lex autẽ Maris. Lege Rhodiorũ iudicetur nautica, in quibus nulla noſtrarum ei lex aduerſetur. Hoc idem Diuus Auguſtus iudicauit. erat enim lex (vt notat Gloſ. marginalis) vetus, quod naufragia ad publicanos pertinerent. Quid igitur vltra deſideramus prò Maris Dominio.

76 Idem voluit Pomponius in *l. quamuis* 50. *ff. de adquir. rer. dom.* vbi cum decreto Prætoris, etiã cum incomodo cæterorum, ædificare in littore permitit. ergò.

77 Priuata perſona in aliqua parte Maris, vel fluminis contrà omnes valet licitè prohibere, nè cæteri piſcẽtur *l. ſi quiſquam.* 7. *ff. de diuerſ. temporal. prgſcript. ſi quiſquam in publici fluminis diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus fuerit, alte-*

alterum eodem iure vti prohibet. ergo multo Magis poterit comunitas in maiori maris parte dominium acquirere, quo exteris piſcationem interdicere valeat conſeq. probat vnus particularis poteſt contrà omnes, abſolutè in Maris diuerticulo dominium acquirere; ergo etiam comunitas contrà ſolos extraneos in aliquo ſinu Maris.

78 Ad idem arguit Baldus in *l. 6. ſi plures C. de cond. inſert. n.* 13. Idē eſt territorium, quod eminet ſuper aquas, & quod imergitur aquis; ſed in terra eminente ſuper aquas ſtant diuiſa dominia: ergo, & in terra, quæ imergitur aquis, poterunt diuidi dominia, ma. prop. p. ex §. *littora. de rerū diuiſione*, vbi littora in tantum dicūtur comunia, in quātū cohærēt arenæ aquis ſubmerſæ. vndè cum illa arena, comunis dicatur & litora comunia dicuntur.

79 Ex *l. quo minus. 2. ff. de fluminibus*, vbi Pomponius. *quo minus ex publico flumine ducatur aqua, nihil impedit, niſi Imperator aut Senatus vetet: ſi modo ea aqua in vſo publico non erit. ſed ſi nauigabile, aut ex eo aliud nauigabile ſit, non permititur id facere.* notà ly, *aquam deducere* & ſi cuique comunem; *niſi Imperator aut Senatus vetet.* ergo ſtat ſub eorum dominio.

80 Item: aſſignent quæſo contrarij, quo iure dicantur legitima pedagia, ſalinaria quidagia, & aliæ gabellæ, quæ à Principibus, Sacro adprobante Lateranenſi Concilio, ſtant mercibus per terram aſportatis, impoſitæ? qualiſcumque aſſignetur ratio, ea eadem reperietur vrgere ad dominandum in Mari. ergo.

81 Item. qua de cauſa in manu ſtatuæ Imperatoriæ ſtabat antiquitus repoſitus Orbis? reſpondet Procopius, *l. 1. de ædif. Orb.*

quia

quia illi terra, & Mare omne ſeruierit ſaltem figurate loquē-do, per ſynecdochem partem deſcribendo in toto.

82 Huiuſmodi veritatem agnoſcentes Romani I. C. & erubeſcentes quod Mare adeo comune fecerint, comutantes regiſtrum, vt iuxta temporum accidentia, eorum inſeruirent reſponſa, aliquando dixere comune, & aliquando publicum. Ità Pompon. in *l. ariſto.* 10 *ff. de rerum diuiſione ſicut id, quod in Mare ædificatum ſit, fieret priuatum: ità quod Mari occupatum ſit: fieri publicum.* ſic in *§. 6. inſtit.* *Littorum quoque vſus publicus, & gentium iuris ſicut, & ipſius maris.* non igitur comune, ſed publicum, ideſt non omnium ſed aliquorum.

83 Acceſſorium ſui principalis ſequitur naturam. *toto tit de rerum diuiſione l. & ſi non ff. de auro, & arg. leg:* ſed Mare eſt acceſſorium

terræ, quę dominium non reſpuit. ergo. Mare eſſe acceſſoriũ terræ, ipſique deſeruire, experientia patefacit ex indeficienti tributo, quod per Maris dorſum prę̨ſentatur terræ, cõtinuaquè adoratione, quam Telluri, currenti aquarum fluxu profitetur Pontus, cucurrentium in ſtadio vt vndarum prima, terræ deoſculetur pedes, voluntario tandem decurſo, humilitatis, & ſubiectionis oſtentando profundum.

84 Sic Leo in *nouell.* 57. rotundis verbis non ſolum priuatorum maritimum adprobauit dominium, verùm intrà certos limites cuilibet poſſidenti aſsignauit portionem. *Quantum in piſcationibus remoræ piſcatoriæ inter ſe diſtare debeant? Quam itaque iuris rationem in hoc piſcationis inſtituto prò legitimo decreto obtinere conſuetudini viſum eſt (vt nempè interſtitiorum*

modus ad trecentos ſexaginta quinque paſſus protendatur) hoc nos, quod extrà conuenientem modum non feratur, legis dignitate honorantes. dehinc legem eſſe ſancimus: nam tametſi circa hoc priuilegium, vt remoræ piſcatoriæ ad hanc rationem diſponantur, præſentis æui hominibus bonum videatur; quo tamen id firmius ſit, cautiuſquè in æternum obſeruetur, lex eſto, remoræquè illæ trecentorum ſexagintaquinque paſſuum interuallo à conſuetudine approbato, inter ſeſe diſtant: idquè ità, vt ab vtraque parte hic interualli modus deſumatur partis exporrigantur, reſiduum verò ad vicinum vſque pertingat, atquè hæc quidem de conſtituendis, introducendiſque poſt hanc legem remorarijs dicimus. hoc idem replicauit in *nouell* 102. 103. 104.

85 Si Mare eſſet omnibus commune inauigabile heret, & nullius; ergo ſi terra fuit ſubiecta dominio, ne redderetur inculta,

etiam

etiam Mare ſtabit ſub dominio, ne inauigabile fiat. innauigabile fieret, quia tamquam in libero campo domin arentur piratæ, ſola rapina & infeſtatione graſſantes. caſum in Græcia videre noſtri. teſte *Thucidide*.

Dices cum Granſuuinchel.. *cap. xi. contrà Burgum*. ergo vſus Maris in Græcia à ſolis piratis interdicebatur. ergo vſus Maris etſi piratarum incurſionibus interdictus, debebat perſeuerare communis; vſum enim non tollit abuſus, nec legum tranſgreſſio, iuris arguit repugnantiam. ergo etſi Minos piratarum incurſionibus mare purgauerit, Mare perſeuerabit commune. Quid enim ſi rem ſacram recuperauero, hominem liberum defendero, eorum forſan dominus ero?

℟. Quidquid ſit de prima, & ſecunda illatione, tertia tamen

non

non bene deducitur etiam datis prima & ſecunda, piratis enim nullus titulus ad Mare occupandum, benè tamen Minoes qui piratarum ſumpta occaſione, eorumdem purgandi ſcælera, Mare conſeruandi nauigabile, eſt legitimè nactus dominium. Terra, nè rederetur inculta, cum ſpretis laboribus ſolas ſpinas, & tribulos germinaret, nonne fuit dominio ſubiecta? ergo & Mare nè innauigabile, ſpreta poſsidentium cuſtodia, fiat, ſubijciatur dominio; vnde Principes, dominij, irretiti dulcedine liberam omnibus, & pacificam procurent nauigationem.

86 Quid tibi iniquius videtur, & naturæ fortius reſiſtens; Maris Dominium, vel impoſitio vectigalium, in rebus, quæ neceſſario inſeruiunt abuſui vtì vino, oleo, pane, veſtimentis? & nulli dubium quod ſecundum. Ca-

pite-

pite plectuntur vectigalibus cibaria ligantes *l. vniuerſi. C. de vectigal.* imò natura adeo ſtringit, vt nullo caſu rebus, quæ ad neceſſarium vſum vectigal valeat licitè imponi. D.D. ad *l. omnium. Cod. eod. leg. ſi publicanus. ff. de public. leg. 2. §. cum in eandem. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. clemen. final. de cenſibus.* Hoc Turcæ ipſi, vſque in præſentem diem voluere ſeruatum. Hæc tamen omnia, & forſam maiora correcta (etiam Pontificijs licita, nec amplius contra naturam, poſtquam & apud ipſos huiuſmodi inolæuit vſus, lucrique poculum delibarunt) compertum, ius naturale ſi non diſpenſari, interpretari, temporumquè conditionibus accomodari. Potuit igitur Ciuile ius cibarijs gabellas imponere, etſi per Doctores, omnibus neruis natura reſiſtere diceretur, & non poterit Maris do-

mi-

minia diuidere? nec dicant currentes gabellas nefarias: quia præter infideles, etiam Chriſtianus Orbis ſe facillimè accommodat.

Bonum commune exigit, nè aues, piſces, & feræ funditus tollantur. hoc facilè accideret, ſi cuiq; prò arbitrio & ſine delectu piſcari, & venari vbique liceret; ergo iuridicæ huiuſmodi prohibitiones vt hac ratione ſeruentur. & hoc ratione perſonæ.

Communis petit vtilitas, ne piſcatio totaliter deſtruatur & conſumetur. ergo meritò prohibita eſt quibuſdam anni temporibus, in quibus grauidi piſces onera portant, fetus nutriunt. ergo ratione temporis, huiuſmodi aquarum legitima diuiſio.

87 Mare conſtat ex aquis ab inuicem diuiſis ex *Eccleſ.* 40.10. *Ariſt. meteor. l.* 1. *cap.* 1. vt flumina omnia

nia ad mare fluunt, ſic ad ſua retrorſum loca properant perpetua reciprocatione. ergo ſi conſtat ex aquis ab inuicem diuiſis, & ipſum recipiet diuiſionem.



MA-

MARE STARE DIVISVM,

Et fuiſſe diuiſum Sapientum & Cronicorum auctoritate probatur.

Cap. Sextum.

88 MAre ex Ariſtotele in *Politicis* Marinis Ciuitatibus eſt territorium, vndè ſumunt alimenta, & auxilia: inde Politici vel propè ripam fluminis, vel contra Maris littora firmatas volunt Ciuitates. ergo ſaltem prò Ciuium munimine, & ſecuritate, vulgatum ſexaginta ſtadiorum ſpatium, cuius arbitri diſpoſitores, aſſignatum ſtabit.

89 Idem voluit Quintilianus *decl.* 13. naturaliſſimo illo principio. *Quod omnibus naſcitur, induſtriæ dicitur præmium.* hinc feræ lapilli, aues,

aues, omnibus natæ, capienti conceduntur tamquam induſtriæ præmium. Modo quæro Mare naſciturne omnibus? naſcitur omnibus: ergo, & ipſum induſtriæ præmium.

90 Ex Gregorio Tholoſano *par. p. cap. 3. titul. de Aqua. Si quidem, & diuiſum Mare per varia imperia, atque iuriſdictio in Pelago non omnibus ſed certis competit: Sunt enim, & Mari certi fines natura per Deum conſtituti, & tamen terminus vnus generalis: quod indicatur in ſacris prouerbijs, quando ſapientia æterna circumdabat mari terminum ſuum, aderam: & quando legem ponebat aquis nè tranſierent fines ſuos.* Et Paulò infrà. *& Plotinus aquam videri totam terram obruituram, ni intrà ſuos fines à ſummo Opifice contineretur, animaduertit. De quorum diuiſione latè Macrobius, & Ariſtoteles. Ex his mediteraneum mare ceput attulit per varios ſinus influen-*

te Oceano ſecundum Solinum: Inter Abilam enim, & calpem irrumpens, Africam ab Europa diuidit. Et in ſumma ne Geografum agamus, vtrumque mare, Oceanum, & Mediteraneum à regionibus quas alluit, diuerſa aßumit nomina, veluti appellamus Oceanum, Atlanticum, Brittanicum, Germanicum, Sardinium, Galicum, Adriaticum, Siculum, Creticum, Aegyptium, Pamphylium, &c. ex quibus, quia conſtat tribui nomina mari a locis vicinis, proculdubio conſtat, & curam horum, ad illas regiones pertinere debere, vt tutæ piratis, barbarorum, hoſtiumque incurſionibus ſint, & nauigationes mercium extrà aleam prædæ ad incolas litorum, & ciuitates vicinas perueniant, & quia nauigandi vſus frequens fuit, ſimul, & nauigij iura introduci opportuit, quæ nec conſtitui debebunt vel potuerunt facilius, quã ab ijs, qui in proximis mari locis imperant: ideo notant Io: Andreas, &

poſt

poſt eũ Dominicus, quod licet mare non ſit in alicuius territorio vel Dominio, eo, quod iure gentium diuiſum non ſit, ſed omnibus pateat; tamen partes maris eius ciuitatis eſſe cenſeantur, quæ proxima eſt.

Noe qui tempore catachlyſmi lignis Sethim ſollicitauit aquas non longioribus ſeculis ab Iride, nauigandi comunicato vſu, *imperandi* (teſte Tholoſano. *c.3. de aqua. num.6 p.p*) *per vim ſibi ſceptrum arrogauit, non aliter quam contingit in terra, ſimulque leges aquis finitimis, & inſulis dictauit, ſicut, & regnicolis alijs.*

91 Vectigalia quæ in portis maritimis perſoluuntur ſunt adeo antiqua omniumque gentium vſu recepta, vt ad ipſa exigenda ſederet D. Matth. in Telonio apud Capharnaum quando de publicano in Apoſtolum, ipſum Chriſtus ſegregauit. *Matt.9.*

Reſpondent contrarij, præcipuè Gran-

Granſuuinchel replicato loco, precipuè. c.5. contrà Burgum. *Quid intercedit, vt in vrbem ſuam, ditionum ſuarum territoria importare quid cupientibus, vectigalia, telonia, portoria indicant. Nulla non Rempublicarum id fecerit iure ſuo: facimus id Bataui, faciunt omnes: planè vt cum Poeta loquar, petimuſque damuſque viciſſim. Nulla ſuper hoc vnquam lis intentata, totum, ipſum, & pinguius loquendo, corpus ipſum ſi ſpectemus: ſi quæ vicinos aut grauent aut premant, ad amica, & rationi conſentanea moderamenta venire non detrectantium, ad ſummum materia eſt. Quod armatis nauibus Mare Hadriaticum* (loquitur de Venetis) *ingredi non liceat, neque noui quid habet, neque quid ante inuſitati, nedum iniuſti. Romanis rerum dominis citrà turbatæ pacis, aut perduellionis crimen, armato nulli fas fuit ingredi Mediteraneum: & quidem iure. Huic qui contradiceret,*

nemo

nemo repertus eſt.

Dilutio. Quid igitur Granſuuinchel maritimum repudias domi. nium? vectigalia, telonia, portoria licita ſcribis, petita ſimulque data viciſſim, concedis; armatas naues aliorum ingredientes maria iure prohiberi regiſtras? quid vltrà petimus? dominij nomen odio habes? vt ſopita contentio, libenter negabo, quando dictorum propugnator receptui non canas. Quęſtio de ſolo nomine, vulgariter de lana caprina.

Dicet Granſuuinchel *c.6.* contentionem eſſe circa nauigationē, quam quiſque liberrimam iure ſuo non conceſſo, non præcario exercet, & vſu Maris quem natura dat, fruitur.

Contra. etiam ſi nauigatio (de qua non diſputo) non poſſet iure prohiberi, adhuc ſubſiſteret dominium, ergo. Principes terræ

illicitè

illicitè dicuntur negare tranſi-tum pacatis itinerantibus, etiã ſi domini: vt patet in acolis Hyerusalem profligatis per filios Iſrael, quia impedirent, & negarent iter ad terram promiſſionis; quis negabit tamen illarum regionum dominos? prò nunc igitur hoc ſolum prætendo maritimæ portionis domini eſſe, tutum, & ſecurum à piratis occupatum reddere mare, perſonas ſubditas tueri, in eo delinquentes punire: piſcari volentes prohibere: nauigantibus, & piſcantibus vectigalia, portoria, tributa, ceteraſque legitimas imponere gabellas; ipſas augere, diminuere; ea tandem non perſoluentes punire. Hoc ius ſiue Iuriſditionem, aut Imperium, vel dominium litorale aut plenum: vſuale vel vſumfructuarium nominent, etiam dicant ſeruitutẽ, non curo, quando prædicta con-

cedant. Cui, obiectio de nauigatione non prohibenda minime obſtaret (etiam ſi gratis daretur) quia Principes terræ, niſi aſcendant tyrranidem, ſucceſſoribus non præiudicant: ſubdita non alienant: omnia ad publicum ordinant bonum, Monarchiæ efflagitante natura. Pariter nec obſtat Mare totum nō occupatum, quia nec ab vno tota occupata terra, & ſi ſuæ portionis decantatus Dominus; quod ſi fieret vnum ouile, & vnus Paſtor, quid repugnaret Orbem totum ab Apice vno Supremo regulari.

92 Præcedentibus dictis ſubſequuntur Croniſtæ, ex quorum monumentis cum mores tum gentium leges, accolentium mare, penes ipſas Geografſum, & Hydrografſum concludunt dominum. Penes gentes nobis tamen, geſtis ſaltem domeſticas.

eò maximè quod ius gentium non omnes teneat adſtrictos, vel melius cum phantaſiæ iuris gentium in ſe non omnes conuerterit mentes: patet in ſeruitute, cui' cauſa ius ipſũ gentiũ §. ſeruitus. De iure perſon. *l. ex hoc iure.* 5. *ff. de iuſt. & iure.* Seruitutis ius vitæ ſcilicet, & necis, & ſi contrà Maumethiſtas, qui etiam iam Maumethis eiurauerint legem in Luſitania, aliſque Hiſpaniæ partibus, & nonnullis alijs regionibus, quæ Turcis aut Scythis vicinæ ſunt, continuetur, quia eadem acerbitate, & Chriſtianos tractãt; tamen ius iſtud gentium inter Chriſti fideles non practicatur; eo ſolum antiquitatis ritento, quod ſerui à ſeruando, vſque dum redimerentur prætio, cuius æſtimatio in arbitrio victoris, niſi certi aliquid conuenerit: nam pactum ſemel pro redemptione prætiũ

victor augere non poteſt. *Guido Papa q.* 113. vt ad verbum notat *Arnol. Vinn. inſtit. 1. de iur perſon.* §.3. & ſi neges talem vitæ & necis facultatem, vſum fuiſſe iuris gentium, erudiſſimè redarguit *Grotius de iur. belli. lib.* 3. *c.* 4. ferè omnium auctoritate ſapientum. *Cyprianum*, videas. *epiſtol.* 1 1. in ſequentibus: *Homicidium cum admittunt ſinguli crimen eſt. virtus vocatur cum publicè geritur. Impunitatem ſceleribus acquirit non innocentiæ ratio, ſed ſeuitiæ magnitudo.* Deinde. *conſenſere iura peccatis, & cœpit eſſe licitum, quod publicum eſt.* Indè, & iure belli aliquando fæminarum cædes imò infantium impunè receptæ. Probant Hebræi in fæminas, & Hesbonitarum pueros. *Deut.* 11. in Cananeos, & ceteros confæderatos contrà populum dilectum *Deut.* 20. Hæc tamen opera Dei minimè in conſequentiam trahēda; cuius

cuius in homines altiſſimũ eius dominium, maius; quam hominũ (linea, nulla pari) in pecudes. à iuris gentium præfata licentia nec exempti dedititij; vnde Pyrrhus apud *Senec. Trag.*

Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.

quo pertinet illud *Horatij.*

Vendere cum poſſis captiuum, occidere noli.

Indè Auguſt. lib. 1. de Ciuit. Dei. c. 2. meritò comendat Gothos, quod ſupplicibus, & in templa perſugientibus peperciſſent: illicitum ſibi eſſe iudicantes, quod, belli iure, fieri licuiſſet. En ius gentium quod per ipſum *Grotium lib. 3. c. 4. n. 15.* ſicut multa quæ ſunt iure naturæ vetita permitit, ità quædam vetat iure naturæ permiſſa. Nec neceſſe ipſum apud omnes gentes practicari, vt vſque probatum; cum non defuerint, quæ.

——non fœdera legum.
Vlla colunt, placidas aut iura tenentia mentes.
vt de Bebrycijs cantauit *Flaccus Argon.* 4. & *Saluſtius in coniur. Catil.* loquendo de Aboriginibus: *Genus hominum aggreſte ſine legibus, ſine imperio liberum atquè ſolutum.* Idem in bello Iugurtino de Getulis, & Libybus Africæ vetuſtis incolis; *nequè moribus* (inquit) *nequè lege, nequè Imperio cuiuſquam regebantur.* idem voluit Accurſius ad *Tit. de iur. nal. gent. &c. nam quidā ſunt, qui nec moribus, nec legibus vt homines Syluestres regūtur.* Populorū igitur omniū (vt notat. *Burgus c.2*) quorum geſta ad noſtram peruenere notitiā, quiquè Mare acolunt conſuetudines recenſebimus, vndè ex ipſis iure gētium Mare diuiſum concludamus.

Primò veniunt Ebrei, qui mari intra torrentem Egypti, & Montem

tem Hor clauſo, vſque ad fauces Gaditanas, vel vſquè ad lineam imaginariè ductam à Septentrionali plaga, per directum, in ſpatioſius promontorium, terminantem directè iuxtà terminos Auſtrales, ſunt dominati, Rabbinos videas apud Seldenũ in Mari clauſo. Poſt Ebræos dominati ſunt Græci inter quos Minos Cretenſium Rex, Lycaſti filius, Iouis dictus; quando Caribus Phænicibus alijſque piratis, & prædonibus fugatis ac deuictis, terminata Maris ſpatia, vectigalia, modum, leges, circũnauigãtib⁹ (nõ aliter ac in agris) præſtituit. Indè *Tucidid. lib. 1., in proœm. Perciò, che Minos antico (per ricordanza noſtra) più d'ogn'altro huomo di quel Paeſe, fece vna armata, e s'impatronì di vna gran parte del mare, che adeſſo è detto Greco: & egli fu il primo, che eſſendoſi inſignorito delle Iſole Ciclade, in molti*

 luo-

luoghi di eſſe mandò nouelli habitatori: hauendone cacciati i Carij, è facendone Signori i proprij Figlioli. Oltre à queſto ſi ſforzò à poter ſuo diſcacciare i Corſari del Mare, acciò (come è credibile) le rendite ſue ſi accreſcero. Idem voluit Strabo. lib. 10. Geograf: *Leggeſi nell' Iſtorie Minoe eßer ſtato molto diligente nel comporre le leggi, & il primo che s'impadronì del Mare.* Idē voluit Suidas in Minos: *Hic Maris Imperio potiebatur, & quouis nauigabat, & multis hoſpitia denunciabat.* Horum etiā primus *Plato* 4. *de legib. Minos olim nauali copia fretus: crudele atticę tributum impoſuit.* loquitur de ſeptem adoleſcentibus, qui Minotauro in Cretam efferebantur. *Ariſtotiles.* 2. *Polit. c.* 8. *Videtur autem hæc Inſula* (ſcilicet Creta) *ad Principatum Gręciæ eſſe nata ac præclarè ſita: veneto namque imminet mari: cum ferè Græci omnes circum mare ſint poſiti:*

abeſt

abeſt enim hinc modicum à Peloponneſo: illic verò ab Aſia circa Triopium, & Rhodum. Quare Imperium Maris obtinuit Minos, ac & Inſularum alias ſubegit: alias verò dudum incultas habitari fecit. ad idem videas. *Polydor. Virgil. de inuent. rer. lib. 3. c. 15. Nicol. Damaſcen. apud Stobæ: Cedrenum. pag. 11. Phædr. apud Senecam in Hippolyto. act. 1.*

O Magna vaſti Creta dominatrix freti,
Cuius per omne littus innumeræ rates.
Tenuere pontum; quicquid Aſſyria tenus.
Tellure, Nereus peruiū roſtris ſecat.

Idem apud Ouidium.

Quod mihi ſit genitor, qui poſſidet æquora Minos.

Vnde Dedalus apud Eundem. *de arte amand. lib. 2.*

Poſſidet, & terras, & poſſidet æquora Minos.

Inde Euſebius Chron. canon. in theſauro temporum. ann. 775.

p.89. Minos Mare obtinuit, & Cretenſibus leges dedit, vt Paradius memorat. vel melius vt corrigit Ioſeph. Scaliger in notis ad Græca Euſebij *p.47.* ſub anno. 765. *quas à Ioue acceptas Cretenſibus dabat.* vnde prò barbarolatino. *Paradius* legas *Paradios.* ſic enim habent Græca Παράδιος.
Idem teneas in ſequenti Hieronymiana tranſlatione: *Quod Plato falſum eſſe conuincit.* Quando enim in libris de legibus, vel Alcibiade ſecundo, vbi de Minoe, contrarium habuit? nec verbum quidem. Inde eruditiſſime Seldenus in *Mari clauſo. cap.9.* prò, *quod Plato falſum eſſe conuincit.* reſtituit. *id quod Plato in legibus adprobat.* vel cum Scaligero, vice: *quod Plato falſum eſſe conuincit.* concipias. *Quod plato in legibus refellit.* quo ſenſu tamen refellat Plato, ipſum videas in Alcibiade ſecundo. *Quam igitur ob cauſam Socrates*

crates fama hæc inter homines diffuſa eſt, Minoem ipſum rudem durumquè hominem extitiſſe? (controuerſia eſt quia multis ciuitatibus Minos leges dedit.) *So: ob quam, & tu ò vir optime, & vnuſquiſquè alius cui fama curæ eſt, ſi modò ſapitis, diligenter cauere debetis, nè poeticum hominem infenſum aliquem habeatis: poetæ quippè vim maximam in vtramque partem: & ad laudandum, & ad vituperandum habent. Qua in re profectò Minos deliquit, cum huic vrbi bellum indiceret: quæ cum ceteris ſapientibus plurimis: tum vel maximè poetis omnis generis, ac tragicis præſertim referta eſt.* nunc igitur habes quo ſenſu Scalig: *Quod Plato refellit.* vertat. hoc tamen Maris dominium à Minoe in Cretenſes, penes ipſos non æternum cum vltrà 75. annos, vt notat. Burgus, non extenſum; à Cretenſibus in Lydos ſub anno 840. deindè transfu-

ſum, ex Caſtore Rhodio notat Scalig. in notis ad Euſeb. *par.* 53. *Lydi Mare obtinuerunt.* annos 85. Deinde Pelaſgi ſub anno. 959. apud eundem Scalig. p.59. *loco citat. Pelaſgi Mare obtinuerunt* annos totidem. Iſtis ſucceſſere Thraces, qui per Scalig. ex Euſebio in notis. par.61. ſub anno 10 4. *Mare obtinuerunt annos decem, & nouē.* Poſt Thraces, Rhodij, qui & ipſi Maris Domini ponūtur ab Euſebio ſub anno 1100. in chronicom par. 106. *Mare obtinuerunt Rhodij annos* 23. & adeo ſuis vrgebant legibus, quibus tota diſcutiebatur nautica; vt nec Imperator Antoninus ab Eudimione conſultus, circà naufragium, quod paſſus erat in Italia contrà ipſas non audens, dicitur reſpondiſſe; *ego quidem Mundi Dominus, lex autem Maris; legē id Rhodia, quæ de rebus nauticis præſcripta eſt, indicetur.* Rhodijs ſucceſſere

Phry-

Phryges per Euſebium anno 1127. *p.*108. chronicom. *Mare obtinuerunt Phryges annos* 25. quod repetit Scalig. in animad. *p.*63. anno 1127. *Mare obtinuerunt Phryges*, & vltrà. *Suprà ex Strabone colligimus Phrygas eſſe Thraciam gentem, quæ diu Mare excurſionibus infeſtarit.* nec vim tibi faciant voculæ illæ: quæ diù Mare excurſionibus infeſtauit; omnis.n. vſus ab abuſu, & lex ab inobſeruantia, indè *diuturni mores conſenſu vtentium adprobati legem imitantur*. §. *ſine ſcripto de iure natural. gent. & ciuil. vnde non mirum ſi, ea quæ ipſa ſibi quæque Ciuitas conſtituit, ſæpè mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata.* §. ſed naturalia eod. *cum enim ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ ſunt: meritò, & ea quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes. Nam quid intereſt ſuffragio populus voluntatem*

tatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? Iulianus l. de quibus ff. de legibus. nonnè *per iniquitatem alius dixit hoc eſſe ſuum, & alius iſtud, & ſic inter mortales facta eſt rerum diuiſio.*

Clemens Papa. in *cap. dilectiſſimis. 12. quæſt. 1.* nonnè ſeruitus per ebrietatem introducta? *non eſſet hodie ſeruitus, ſi ebrietas non fuiſſet.* Ambroſius in *cap. 8. d. 35. ſexto die.* licita tamen ſeruitus. *cap. ius gentium. d. 1.* iuſta diuiſio. eod. huiuſmodi igitur incurſiones per ſuperiores nationes minimè moueant; quia inter non recognoſcentes ſuperiorem ius in armis, penes mortales non penes tamen, Deum, à quo digna factis recipient.

Poſt Phryges ſucceſſere Cyprij, aut verius Phænices teſte Euſebio in Chronicom ſub anno 1192. *ſeptimò Phænices mare obtinuerunt.* vt videri poteſt in ſacra

gi,

gina apud Ezechielem. *c.26.*

Poſt Phænices venere Aegyptij ſub anno 1230. *Aegyptij poſt Phænices mare obtinuerunt. p.113. Euſeb. chron.*

Aegyptijs in dominium ſucceſſere Mileſij anno 1265. in *chron. Euſeb p.116. Mare obtinent Mileſij, conſtruxeruntque Vrbem in Aegypto Naucratim.*

Poſt Mileſios Cares. *Mare obtinent Cares* annos 1284. *chron. Euſeb.p.*117. & Scalig. *in animad. p.76. Mare Cares. nimirum iterum. nam prius imperium in mare illis ademit minos. Thucyd. lib.1.*

Poſt Cares Mare obtinuerunt Lesbij annos 69. ſub anno 1341. *chron. Euſeb. p.120.*

Poſt Lesbios venere Phocenſes, Phocenſibus ſuccelcere Corinthij hoc ordine à Seldeno poſiti, vmbra thucydidis lib. 1. cuius auctoritate ſubnectuntur Iones: adijciuntur Naxij vt videre eſt

in

in chron. Euſebij. connectuntur Eretrienſes : concluduntur Aeginetæ. 2. *chron. Euſeb. p.* 129. ſub anno 1508. vt ſub hac temporum continuata ſerie habeamus totos ann. IↃCCC. LXII. circumcircà, maritimi dominij in Græco mari, vt notat *Burgus lib.* 1. *c.* 3.

Contra quæ inſurgens Granſuuiuchel, primùm dicit confutata tractatu, quem edidit contra *Seldenum*, opus quod adhuc deſidero, ſemper enim ingenioſum dixi Granſuuinchel. Habet igitur: ex gentium moribus minimè ius deduci, quia ad naturam, nec non ad iuſtitiam naturalem ſunt redigendi. aliàs, *id quod merè eſt facti, transmigrabit in ius, & dicendum erit ius naturæ petendum eſſe ex facto moribuſque gentium. Quod ſi eſt, fruſtrà dicatur id eſſe ius naturale, quod natura omnia animalia, ſiuè cuius veſtigia, & ſimi-*

ſimilitudinem etiam videas in animalibus ratione deſtitutis, licet in his ratione iuris non habeant actus iuris naturalis, quo planè ſenſu libertas, coniugalis copula, liberorum educatio, ſunt iuris naturæ, quia hæc etiam in irrationabilibus reperias: Mare quod attinet, eius vſum communem natura omnia animalia docuit. Piſcibus æquor ſine diſcrimine patere, etiam iuiſſe in exemplum docet nos hoc illud Poetæ.

Omne ſolum forti patria eſt vt piſcibus æquor.

Non credo Burgi, vel Seldeni intentionem illuc tendere, vt ex Gentium moribus, naturæ pullulet ius, & dato quod crederent ipſi, non ego credo. Hoc tamen verum, quam plurimum ex vniuerſali gentium vſu, ius naturale cognoſci, & concludi. Gentium vniuerſaliſſimi mores (honorandos parentes) (loquor de reuerentia, non de ſubiectione

ciui-

ciuili) nonnè arguunt quartum Dæcalogi præceptum, naturale principium? ſanè. Sic cetera moralia; nonne omnia ex gentium moribus etiam ante Moyſi datam legem rigoroſè ſtringebant? certè: Immò ante Mundi creationem, ſaltem quoad connexionem terminorum, & veritatem propoſitionis, ſi non quoad exercitium actus? Verificabantur. Indè falſiſſimum dicas, ius naturale dici, cuius veſtigia, & ſimilitudinem etiam videas in animalibus ratione diſtitutis; vltrà enim quod iuris, ideſt artis æqui, & boni, minimè capacia; vnde non eligant, ſed puris ſubijciantur affectionibus. qualem ſimilitudinem *Religionis erga Deum* habes in brutis? & tamen nonne ſtrictiſſimus iuris naturalis effectus? ſanè; licet enim Dei inter mortales controuertatur eſſentia, quis tamen ne-

negabit exiſtentiam. hinc *pſal.* *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.*

ſic non furandi, non occidendi, non fornicandi, parentes honorandi, qualia veſtigia reperies in brutis? nulla. Præterquam ſi Mare comune natura intendis, quia, & piſcibus ſine diſcrimine æquora patent; cur & terram non concludis natura comunem, cum feris ſine diſcrimine pateat? Accedit, Mare non dictum particulare natura, niſi negatiuè, & congruenter, ſed tantum iure gentium, quod naturalis ratio inter homines conſtituit, & quaſi ipſo omnes gentes vtuntur. *c. ius gentium. 9. d.* 1.

℞. Granſuuinchel: *limitari hoc quoque debere ad ea quæ illuſtriores ac moratiores gentes iuſtè faciunt non quæ faciunt ſimpliciter. Nequè enim de facto populorum eiuſquè iure iudicandum eſt ex ipſo facto, ſed ex ipſa*

recta

recta ratione. Hæc eſt norma facti, non autem factum rectæ rationis. Ideo eſt iuſtum iure gentium Legatum non eſſe lędendum, quia rectæ rationi eſt conueniens innocentem non debere lædi, non quia apud gentes eſt receptum.

Dilutio: Quando agitur de iure gentium, non vna vel altera attenditur natio hoc enim illi intrinſecum iuri, quod eo omnes ferè gentes vtantur. Hoc poſito non vltra deſideramus, vt ius gentium concluſum dicamus, hoc tamen præ oculis habeas, ne iuri naturæ apertè repugnet, imò aliquando, & repugnantia aliquali congruentia cohoneſtatur, vt clarum in ſeruitute. *§. ſeruitus. §. ſerui. de iure perſonarum.* quod verò ex ipſo facto deducamus ius gentium, vnde facto probato, ſit quæſtioni terminus probatur; in contractibus, qui omnes ferè dicuntur iuris

gentium. *l. ex hoc iure. 5. ff de iuſt. & iure. §. 3. de iure nal. gent. &c. c. ius gentium. d.* 1. tamen ſi multorum quæratur ratio, qualis aſſignabitur? non alia, quam, *ſic Gentes vtuntur.* Vniuerſalis enim effectus poteſt nè ab alia quam vniuerſali pendere cauſa? iſta vero comunis exiſtimatio, quid? niſi ſenſus ille: qui *comunis* dicitur. indè Hæſiodus apud Grotium *lib.* 1. *c.* 1. *de iure belli, & pacis.* §. 12.

Non enim penitus vana eſt ſententia, multi.
Quam populi celebrant.

ſic Heraclitus. *quæ comuniter ità videntur fida ſunt.* & Ariſtoteles. *potentiſſima probatio eſt, ſi in id quod dicimus omnes conſentiant.* Seneca epiſtola. 117. *argumentum veritatis eſt, aliquid omnibus videri.* quandò igitur apud omnes ferè nationes, Maris practicatum dominium probamus, quid vltrà?

Ad illud verò Legati non lædē-
di, dicimus eſſe principium naturæ,
putà innocentem non debere lædi:
propoſitio eternæ veritatis,
etiam ante Orbis factionem,
ac ſi aliquando iuris gentium dicatur,
ſupple quoad exercitium (vt dicunt ſcholæ)
ſubiecti, ſiuè quoad actū ſecundum.

Replicat *Granſuuinchel* quod, & gentes, quæ in proſcenium adducuntur, videndæ veniūt. Adduncuntur enim *Cares*, qui, & per Burgum vt piratæ damnantur homines inconditi, inſulſi, vndè contra ipſos ſcommata multa quibus vt homunciones, Bardi, Buccones, Blenni deſignarentur. ponuntur *Cretenſes*, qui tamen ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventri obnoxij, ſcelerati. Connectuntur *Egineta* pariter improbi, vafri, verſipelles. Adijciuntur *Lijdi*, qui

mo-

moribus deſtituti, omne ius reponebant in armis. Sic *Pelaſgi* vagi, laris incerti, ciconiarum inſtar, quaſcumque peragrantes terras. *Thraces* non comitate, non ingenui moris benignitate noti, ſed magis aſperitate, terram incolentes, nec Cælo, nec ſolo tractabilem, vndè non mirum ſi piraticam exercerent. *Phryges*, adeò inſipidi, vt non niſi plagis meliores fierent. *Rhodios.* naualis rei peritia, legum præſtantia, ob excluſos mari piratas, claros fuiſſe nemo neget, atquè etiam mari valuiſſe; mare priuati ſibi habuiſſe, nego. Nulla Rhodiarum legum id ferat. Vtiquè omnia quęſitiſſimo ſtudio qui ſic congeſſit, vt nihil ipſius diligentiam fugiſſe videatur Seldenus, nullam exhibere potuit, nedum vt id Burgus præſtet, cuius hæc ſunt poſt Seldenum ſpicilegia.

Di-

Diluviô. eo argumento, quò Maris domini probantur Cretenſes, Eginetæ, Lydi, Pelaſgi, Thraces, Phryges, concludūtur imò duplici, Rhodij: de quibus vt de antedictis. *Euſebius in chronicô p.* 106. ſub anno. 1100. *Mare obtinuerunt Rhodij annos* 23. ſed fortiùs; Rhodij nonnè toti ponebant iura Mari *c. Rhodiæ. d. 2. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu* nonnè nauigantes ità præmebant, vt naufragantium bona ſibi debita vellent. *l. depræcatio. cit.* hallucinatur ergo Granſuinchel quandò ſcribit nullam probationem exhibitam à Seldeno, prò Rhodiorum nauali dominio.

Adiungit ipſe de, Cyprijs, Mileſijs, Lesbijs, Phocenſibus, Corinthijs, cū ceteris ſupracitatis auctoritate Euſebij, Scaligeri, Strabonis, Thucydidis, partim eſſe barbaras nationes, partim dici

dici Mari potẽtes non dominos hinc &c. Hæc tamen facillimè tolluntur, cũ (vt videre eſt apud Euſebiũ, & alios) cõdecorẽtur *dominio* nõ potẽtia, ſeu virtute, ſi eorum praui mores (erat obiectio) Maris impedirent dominium, cur non, & terrę? hoc non dicent, ideò nec primum. Vrget quod ſi gentium vitia, ab earum manibus dominium abriperet, nulla gens; quæ ſibi dominij titulum vindicaret in Orbe. Qualis enim natio, quæ vndequaquè repurgata labe, immaculatum venditet palliũ? Regum librentur mores, Imperantium inquirantur regimina, quorum Orienti affinis Occaſus ab vmbrarum non longè diſtãs caligine. Indèquè egreſſus, quo deſignarit acceſſus. Videas Chaldeos, quorum Monarcha Nimrod, imò à quo Summa Imperij poteſtas in Mundo origi-

nem traxit. *Aug. lib. 17. de Ciuit. Dei.* vt tanquam Dei gladio, ad defenſionem bonorum, & coercitionem malorum hominum, ſocietas ſalua maneret *Dan. 2. v. 21.* verùm Nimrod poteſtate Diuinitùs accepta abuſus contrà Deum per turrim Babylonicam, quia Cęlum pertingeret. *Geneſ. 11.* factus eſt *venator coram Domino*, ideſt homines vel trucidatos, vel ſub iugum miſſos violenter oppreſſit, ſicut venatores ſolent feras captas interficere, vel viuas loris conſtringere. ſic belus Nimrodi filius, ſub cuius imperio Syderales ſcientiæ, teſte. *Plinio lib. 6. c. 26.* refloruerunt, patris veſtigijs Idolatricum retinuit cultum.

Ninus, ſub cuius Imperio conſtructa Niniuen, Regni Aſſijriaci Metropolis adeo magnifica, vt 1500. turres in orbem contineret: adeò ampla vt ipſam Ionas dice-

diceret trium dierum itinere; iſte non reſiſtentibus virtutibus; quibus erudiebatur, anteceſſores ſuos ſuperſtitione vicit: Genitorem ſacrando, qui more Deorum, contra Mundi regimen, in arce ſibi dicata confugientes vellet immunes.

Poſt Ninum, Semiramis ſecundo voto Nini coniux, ſub cuius imperio Babilon reformata amplificataq. mœnibus, hortis penſilibus, templo, dupliciq. Regia, inter Mundi miracula, vndequaquè mirabilis *Lactant. lib. 3. c. 14.* Vrbis tanta vaſtitas vt (Cælio Rhodigino teſte) cum aliquandò ab hoſtibus capta fuerit, tertio demum die id perſenſerit, qui vltimam Vrbis incoluere partem. Sic tamen libidine ligata vt vltrà viros, quos hinc indè conquirebat, quorum turpi abuteretur concubitu, etiam in bruta, in proprium fi-

lium inceſtuoſo exardeſcens a-more, ab ipſo maternum exhor-rente concubitum, necaretur: *Plutarcus, Suidds, Plinius.*

Poſt Semiramidem Ninus iunior. interfecta matre, potitus imperiò à parentibus elaborato, belli ſtudia depoſuit, & veluti ſexum cum matre mutaſſet, raro à viris viſus, in fæminarum turba conſenuit. Poſteri quoquè, eius exempla ſequuti, reſponſa gentibus, per internuncios dabant. Hoc Imperiũ Aſſyrij (qui poſtea Syrrj dicti ſunt) annos M.CCC. tenuere. Poſtremus apud eos regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior. *Iuſtinus lib.* I. Nam præterquamquod à nullis exterius conſpiciebatur, vitam muliebrem duxit cum pellicibus, veſte tũ purpurea indutus, tum molli lana contexta. Vita in hunc modum turpiter exacta, Imperium Aſſyriorum, quod

diu-

diutiùs perſeuerauerat, euertit.
Sicul. rer. antiqu. lib. 3. c. 7. Se viuum vnà cum vxore, Pellicibus, regis veſtibus, omniquegaza in pyrã extructam Niniue incluſit, Vulcano imolauit, *Sciculus.*
Quid dicam de Phul-Belochi auaaitia, quando contrà Arbacem, quo Babylonis, & Aſſyriæ donatus Imperio Regum Caldeorum extincta linea, magna auri, & argenti copia per Eunuchũ Sardnapali inter Pyræ cineres detecta, fraudauit. Quid de eiuſdem auaritia, & ambitione, qua Iſraeliticum infeſtauit Regnum? *Ioſephus Antiq. Iudic. lib. 9. c. 11.* quemadmodum Tiglath. Philaſſar, qui vt Regni Paterni factus hæres: ità in Iudeos, & odij cum contrà Regnũ Iſrael, tum contra regnũ Iuda magna cæpta captiuitate, quæ tandẽ concluſa per Salmanaſſar, quãdo Samariæ totum deleuit Re-

gnum, Hoſea Iſrael Rege vincto, vna cum decem tribubus Iſrael in Aſſyriam, & Mediam diſperſis, adhuc Eſaia viuente Propheta. *Ioſeph. lib. 9. Antiquit. Iud.*

Quid de Sennacherib crudeli, ſanguinario, ſuperbo, perfido, in Reges Egypti & Ethiopiæ; Filios, Ezechiam, quandò incolumitatis iuramento hoſtibus dato, qui ferrum depoſuiſsent, quotquot ferreas in ſagulis fibulas haberent, interfecit. *Frontinus lib. 4. c. 7.*

Sennacheribi Aſsarhaddon Succeſsit tum in Regnũ, tum in Idolatriã; Poſt eũ Merodochus Babylonicus, factus per occupationem Chaldeorũ Monarcha. Sic Benmerodachus, Parentis ſucceſsor quid boni Dant? ſic primus Nabuchdonoſor, à quo Nabuchodonoſor ſecundus cognomento Magnus? eius vitia dicat

dicat Daniel; deponant Pueri igne illuſtrati.

Quid vltimò de Belſazar, Chaldeorum monarchiam concludente in illo conuiuio, quod Babylone inſtituit in honorem Idoli ſui; quandò coram mille Proceribus ſeſe adeo ingurgitauit vino, vt præcipiens ad ferri aurea vaſa, quæ Nabuchdonoſor ab Hieroſolymis aſportauerat, ſpretis Dario, & Cyro, qui validiſſimo Vrbem cingebant exercitu, in contumeliam Dei Iſraelis, contra Duces ſuos pugnaret poculis, quando contrà hoſtes gladijs eſſet certandum. *Daniel.* 5.

Hæc igitur circà Chaldeorũ Monarchiam, quorum Magnatum, nullum ſinè crimine dices. Percurramus modò Monarchiam Perſarum, eos enim moratiores gentes recenſeri, nulli dubium. Teſte enim Platone in

Alcibiade primo, Regum Perſarũ nati à quatuor ſenioribus educabantur, quorum primus *Sapientiſſimus* Zoroaſtræ docebat magiam, quæ in Deorum cultu, & Regijs inſtitutionibus conſiſtebat. Secundus, *Iuſtiſſimus*, & vera loqui per omnem vitam dirigebat. *Tẽperatiſſimus* Tertius ne voluptatibus Regem donatum, liberum viuere inſiſtebat. *Fortiſſimus* quartus, à quo impauidus, & intrepidus inſtruebatur paruulus, vnde armorum irrideret ſtrepitus. Et tamen eius mutabilitatẽ quis non videt, cũ Danielem Prophetam initio velùt Deum adorari voluit, eius ſociós ad dignitatum euæhẽdo culmẽ; poſteà verò ipſe deſponſata idolatria, Danielis ſocios ad Rogum damnauit, Danielẽ in ſpeluncam Leonum præcipitari mandauit. *Dan.*

Quid de Cyro? (ſui Principatus ini-

initio) tam beneuolo, iuſto, humano, clementi, liberali, Modeſto, caſto? in limine tandem vitæ adeò curioſo, ambitioſo, pertinaci, imprudenti, dominandi cupido, vt à Tomyri Schytarũ Regina vnà cum ducentis Perſarum millibus interfecto, ab ea narret mandatum *Iuſtinus lib.* 1. Cyri caput amputari, & conijci in vtrem humano repletum ſanguine, hac crudelitatis parçneſi: *Bibe ſanguinem, quem ſitiuiſti, & cuius inſatiabilis ſemper fuiſti*.

Quid de Cambyſe inceſtuoſo cum ſororibus ſuis; in fratrem parricida, & ſororem; in mortuum Egypti Regem violatore? dicat miſerimus finis, quando proprio gladio vulneratus interijt. *Herod. lib.* 3.

Quid de Darij Hyſtaſpis barbarica immanitate, quandò Oeobazo petenti vnicum filium è tribus in militiam euntibus ſibi relin-

qui, omnes tres interfici iuſſit? *Herod: & Iuſtin:*
Quid de Xerſis dementia, cum trecenta Heleſponto verbera infligi iuſſerit, & par compedū demitti? Quid de eiuſdem barbarica crudelitate in Pythium, cum regalibus Pithij oblitus muneribus, & hoſpitio, filij nece compenſauit; quià ex quatuor bellum pergentibus, maioris natu militarem petierat vacationem. Sic Longimanus impudens, fratricida, Imperium arripuit. Taliter Darius Nothus Sogdianum fratrem in cineres deijci mandauit. *Sicul lib.* 12. Artaxerſes Mnemon inceſtuoſus cum filia Atoſſa. Eius Filius Ochus, per vim vſurpato Regno, ſtatim Regale Solium Principum ſtrage repleuit. *Plutar.*
Quid vltimùm, de Darío Codomanno nouiſſimo Perſarum Monarcha luxum enarrabit, atque

que intemperantiam? hoc ſolùm, quod in caſtris omnis generis haberet coquos, Cupedinarios, Fartores, articifices, magiſtroſque gulæ, & vnguentarios, nè quid ad corporis voluptatem omninò deeſſet. *Athęneus in dipnoſoph. lib.* 12. *Cęlij. Rhodig.* ex his Perſarum concluſa Monarchia neminem Regum vides vitijs immunem. Venit Tertia Monarchia, quam, auctore inter Græcos Alexand. Mag. maculatam dices, cum Vinolentiæ, & Veneris fædita te Alexandrum illum, qui nullis laboribus, nullis periculis ceſſit, non manu hoſtium, ſed vino oppreſsum, cadentem reſpicies. *Athęneus.*

Si Quartam poſtea Quiritum Monarchiam præ oculis habeas, non ita virtutis affinem Cæſarem dices quã vitiorum. Quanta enim Cæſarem teneret am-

bitio declarauit ipſe quandò faſſus: ſe malle in obſcuro opido primum eſſe, quam Romæ ſecundum. Quid dicam de eius ſuperbia? quod in dictatura, conſilio Senatus numquam vteretur: Quod Senatui ad ſe venienti nunquā aſſurgeret, cum ſimilibus.

Octauianus non forſam adeò libidinoſus, vt ſi venuſtam fœminā conſpiceret, eam abſque mora nullo habito nobilitatis, pudicitiæ aut dignitatis reſpectu ad ſe adduci imperaret? *Sueton.* tamen excuſat, non libidine ſcilicet, ſed quo faciliùs per adulteria, ciuiū penetraret arcana.

Tiberius Claudius Nero quam Ebrioſus? vt Reipublicæ abiecta curà, ſuæ clauſerit vitæ diem epulando, & potando. Quam libidinoſus? dicant pueri (quod etiam reſcribere nefas) primæ teneritudinis, quos piſciculus

voca-

vocabat, inſtituti, vt natanti ſibi inter fæminas verſarentur ac luderent: lingua morſuque ſenſim appetentes: atque etiam quaſi infantes firmiores, nec dum tamen lacte depulſos, inguini ceù papillæ admoueret. *Sueton.* §. 43.

Caligula ſororum ſtuprator: adulterijs inquinatus: tyrranus, adeò Luxorioſus vt, & Lunam ad proprios inuitaret amplexus; hinc in omni vitiorum atquè flagitiorum genere, inſtàr porci ſe volutauit. *Suet.*

Claudius crudelis in Gladiatorijs ludis, in quibus tantus hominum periret numerus, vt Auguſti ſtatuam eo in loco poſitam transferri aliò iuſſerit, nè vel ſemper inſpiceret cædes, vel ſemper eſſet velata. Indè vulgus dicebat, quod ijs ſe exaturaret ſpectaculis, quæ æneam omnique ſenſu deſtitutam ſtatuam vi-

dere nolet. cetera dicat *Sueton.*
Nero adulter, Inceſtuoſus, Sodomita, Parricida, Matricida, Fratricida, aulicus, libidinoſus; cetera dicat *Sueton.*
Galba auarus vt & tres vncias quæ ponderi deerant, ad conflandam coronam Iouis auream librarum quindecim, iuſſiſſet exigi. De cibo potu, & luxuria dicat *Sueton.*
Otho omnium ſecretorum Neronis particeps ob congruentiam, & morum ſimilitudinem inde imperij cupiditate flagrans nefariè trucidatis Othone, & Piſone, quem adoptauerat Otho, ſibi vſurpauit imperium. *Suet.*
Vitellius adeo crudelis quod *Othone* mortuo, cum campos adijſſet, in quibus pugnatum erat, abhorrentibus quibuſdam cadauerum tabem, hãc inhumanam emiſerit vocem. *Optimè olere occiſum hoſtem, ſed melius ciuem.* Publi-

blicanorum, qui in via gabellas vel portoria petierint, nulli pepercit. cetera de prodigalitate, luxuria, crapula, videas apud *Sueton.*

Veſpaſianus, etſi beneficus Princeps auaritia tamen notatur, quà nouis vectigalibus prouinciales afflixit, vetera duplicauit. negotiationi intentus, vti priuatus mercator, empta reponendo, vt pluris poſteà diſtraheret. Procuratores rapaciſſimos ad ſummã extollebat dignitatem, vt tandem locupletiores damnaret. Quibus prò ſpongijs vti diceba-tur, quas ſiccas madefaceret honoribus, humentes exprimeret pœna. *Suet.*

Titus etſi virtutibus fulgẽs, vnum tamen, & ipſe flebat pęnitendũ factũ; quale verò, ipſo fuerit prodere erubeſcente, adhuc ſub ſilentio. *Suet.*

Domitianus ſuperbus, qui cum dicta-

ctaret epiſtolam, de ſe loquen-
do, in ipſa reponere auſus: *Do-
minus, & Deus noſter ſic fieri iubet.
Sueton.* cætera apud Suet. vide.

Nerua Iuſtitiæ reſtaurator & vir-
tutis, humanis tamen ſubditus
paſsionibus cum ſuggerente ira,
in quendam nomine Regulum
voce maxima inclamaret, ſudo-
re correptus, eoque refrigeſcen-
te, cum horrore febri, vitam fi-
nijt. an. M. 4069. *Dio. Ercero. lib.
3.*

Traianus Chriſtianorum perſecu-
tor, credens cultum præſtare
Deo, ſi ipſos perſequeretur. De
eo vulgata fabula, præci-
bus Gregorij Pontificis, ex in-
ferno liberatus in Cælum con-
uolauerit. *Bellarm. lib. 2. de pur-
gat. c. 8.*

Adrianus Truculentus, ambitio-
ſus, adeò Traiani inuidens glo-
riæ vt ab illo occupatas relique-
ret prouincias: finem Imperij

Romani eſſe volens Euphratem. *Spartianus*.

Antoninus Pius Chriſtianorũ hoſtis: ſub quo duo Pōtifices coronati martyrio; & Felicitas cum ſeptem filijs Tyranorum experti tormenta, Deo fuere donati. *Hiſt: Ecclèſ.*

Aurelius Comodus, de cuius libidine ſcribit *Lampridius* quod trecentas cōcubinas è matronis ac meretricibus delectas, trecentos item alios puberes exoletos è plebe æquè ac nobilitate habuerit; ſtupra item ſororibus omnibus intulerit, templa libidinibus fædarit, vt denique mulierculæ iſtæ in illius conſpectu violarentur mandarit. De crudelitate dicat *Heròdianus*.

Pertinax humili, & obſcuro genere natus, ad ſummam Imperij euectus curam, natalium memor adeo illiberalis, & ſordidus, vt etiam poſt acquiſitum imperium

rium dimidiatas lactucas, & carduos conuiuis apponeret. Amicis ſi quando de prandio mittere voluit, miſit offulas binas, aut, omaſi partē aliquandò lumbos gallinarum. Faſianum numquā priuato conuiuio, comedit, aut miſit. *Iulius Capitolinus*. §. 2.

Didius Iulianus; qui ſub haſta preconis eſt mercatus imperium, adeo delicijs & crapulæ deditus vt omni Reipublicæ neglecta cura, ſolum nomen retineret Imperatoris. *Herodianus*. §. 12.

Seuerus ſub quo Petri Nauicula inter martyrum fluctuabat ſanguina, vt videre eſt apud *Euſebium*.

Baſſianus, & Geta fratres: ille ſui patris nuditatem reuelans, Nouercam Iuliam duxit contrà *Leuit*. 18. vt cum in omnibus rebus imitator Alexandri eſſe vellet, ſcholas Ariſtotelicas Alexandriæ aboleuit, & libros Ariſto-

telis

telis comburere conatus eſt, dicens: Ariſtotelem iuuiſſe conſilium mittendi venenum ad necandum Alexandrum; Inde etſi à iuuentute in literis, & philoſophia profeciſſet, tanta ipſum cæperat obliuio doctrinæ, ac ſi literarum nomen numquam audiuiſset. *Suidas.* Geta, & ipſe non longis à vitio, nam ciborum cupidus, & comis prandia per ſingulas litteras iuſsit ſcientibus ſeruis apponi, velut in quo erat anſer, aprugna, aras: Faſianus, ſarta ficus: pullus, perdix, pauus, porcellus, piſcis, perna, & quæ in eam literam genera eduliorum caderent. *Aelius Spartianus in Getam* §. 3.

Opilius Macrinus qui viuos homines parietibus includebat, luxuriæ ſic internus, vt iniuriam credentes milites tali parere duci, ſimul cum filio interfecerunt, interfectum magna contumelia affe-

affecerunt, capitaquè eorum pi-lo impoſita circumgeſtarunt, *Lampridius. §.3.*

Eliogabalus qui publicè Zotico nupſit; adeo ſuperbus vt per Orbem terræ vnus Deus Heliogabalus voluerit adorari. *Lampridius.* Sic ab ineunte ætate, omni vitio à matre corruptus, vt & cum ipſa meretricio viueret more.

Aurelius 25. Imperator etſi virtute & iuſtitia præclarus initio tamen ſui imperij Chriſtianorum perſecutor; Cæcilia Virgo Idolis ſacrificare recuſans, decollatur. *Sabellicus.*

Maximinus Thrax barbaris oriūdus, parentibus crimina fingebat, innocentes occidebat, nil contrà ſubditos, extremæ prætermittebat crudelitatis. *Capitolinus.* Inde odium Romani populi, adeò contrà ipſum, eiuſquè filium exarſerat, vt cum

cum Aquileiam obſidio cingeret; & oppreſſis ad emittendas ſagitas nerui deeſſent, funes de capillis mulierum fecerunt, vndè poſteà victo, & interempto Maximino, Romanaciuitas appellaretur. *Capitolinus*.

Maximus Pupienus, & *Clodius Balbinus* militum furore, necati, quia auctoritate Senatus ad imperium euecti eſſent. Bonis igitur Imperatoribus Roma priuata, quia Sanguinaria Reſpublica ipſis indigna fuit.

Antonius. Gordianus. Philippus. Decius. Trebonianus. Gallus. Licinius. Valerianus. Gallienus. Claudius. Accerrimi Chriſtianorum perſecutores creantur: ſub ipſis, Chriſtiani Domibus priuabantur, patrimonio ſpoliabantur, catenis præmebantur, carceribus includebantur, beſtijs obijciebantur, ignibus puni-

nie-

niebantur, torquebantur per picem feruentem, lapidationem, calamos acutos in faciem, & oculos impulſos &c. *Euſebius.*
Aurelianus natura barbarus, & Sanguinarius, adeò vt, nec à propria ſororis filij cęde abſtineret, Chriſtianos non immunes permiſit. *Eutropius, Euſebius, Platina.*
M. Claudius Tacitus. M. Aurelius Probus M. Aurelius Carus. Diocletianus, Valerius Maximianus, Idolatræ, & Inferni carnifices, Chriſtanorum millia trucidarunt. *Baronius.*
Galerius Maximinus libidinoſus, Magiæ ità curioſus, vt nihil abſque Dęmonum Augurum, Magorum, Sacrificiorumque conſilio incæperit. *Euſeb. lib. 8. cap.* 17. idem dicas vſque ad
Conſtantinum Magnum, qui ſex deuictis Tyranis, Aquilæ Romanæ cõclamatus Dominus, Chri-

ſti fidem à Byzantio, vſque ad extremos ſui limites promulgauit & firmauit. Verum quia virtutibus inter ſublunares ſolent annecti vitia, Arium in Nicæno Concilio damnatum reuocare fuit auſus, ipſiuſque Dogma in filium Dei blaſphemum Eccleſijs obtruſit; Magnum *Athanaſium* veritatis propugnaculum in exilium eiecit. Deuicto Licinio cum ſolus regnaret, inſolētior factus, *Criſpum* filium ſuum iā Cæſarem declaratum, ob ſolam ſuſpicionem, quod cum *Fauſta* nouerca rem habuerit, occidit: Fauſtam ſuffocauit. *Licinium* ſuæ ſororis filium interfecit. Innumeros trucidauit amicos. *Euſeb.*

Lineam non vltra ducam, Regnatium notandi crimina, cum ad Chriſti fideles peruenerim: ſi enim, & ipſi ponerentur in ſtatera, eorumque librarentur tituli

tuli regnandi, neſcio quid pon deris præſeferrent. Illos igitur omnes taceo, aliàs & noſtri ſeculi venirent cribranda regimina, & cum nemo ſine culpa note_ tur, ipſos ſubterfugere melius Prætermito etiam Iudaicos Reges, quorum iuſtior Dauid etſi homicidij, & adulterij implicatus criminibus. Quam leue igitur argumentum contrà Nationes, penès quas, Maris probatum dominium, ab eatundem deductum ſceleribus, Hyſtoriarum dicat citata ſeries.

Obiectio. Replicat Granſuuinchel ex noſtro catalogo contrà nos concludi. *Quid enim? apud illuſtriores, & moratiores gentes multa obtinent iniuſtè. Aſſirij, Perſæ, Græci, Romani, fuerunt gentes moratiores, & illuſtriores: & tamen apud hos obtinuit mos colendi plures Deos, aut collendi per ſimulacra, quod tamen eſt (ſi quid Apoſtolus*

ad

ad Rom. 1. *credimus) contrà rectam rationem. Obtinuit apud illos mos quouis ferè titulo inuadendi vicinas regiones, & graſſandi quà libuit, quod eſt contrà naturam. Ità de* Nino *Iuſtinus. Veterem, & quaſi auitum gentium morem, noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc reſiſtendum populos, terminos ad vſque Libiæ perdomuit. Fecit idem Cyrus, qui ſubacta Aſia, & vniuerſo Oriente in poteſtatem redacto, Scythis ſola dominandi libidine bellum intulit. Et quam quæſitis occaſionibus Aſiæ bellum intulerit Alexander; Greciæ Philippus Macedo; toti Orbi Pop. Rom. ex hyſtorijs notum. Vt facta illuſtriorum gentium nequaquã argumenta eſſe poſſint, ex quibus ius gentium deduci queat, cum contrà ius gentium omnes aliena inuaſerint. Licet itaque ex hyſtorijs quampluri-mis probaret Burgus priuatum Maris Dominium Principibus, & populis*

 ceſ-

ceſſiſſe, efficiet nihil, niſi primò probauerit iuſtè ipſis ceſſiſſe, & non per vim, & potentiam maiorem.

Dilutio. Suppono primò Mari non repugnare dominium vt ſuprà habuimus. ſecundò noto Maris dominium non probatum penès duas vel tres nationes, ſed penès Mundi nationes numero, & dignitate maiores: vt ex adducta patet hyſtoriarum ſerie; quam etiam perbreuem volo, reſpectu earum, quæ dicturus inferius. Noto tertiò Chaldeorum, Perſarum; Græcorum, Romanorumque Monarchias, etſi vi natas præpotentium, iuſtas tamen & legitimas per omnes Catholicos decantari, quoad poſteros ſaltem in quos fuere tranſmiſſæ. Non enim omnia quæ ex malo principio ſunt orta, veniunt ſtatim tollenda: cum per plurimum vſus conſurgat abuſu, & quod in primordijs erat horribile dictu,

mo-

modò neceſſitatis eſt factũ; dicat ſeruitus, quæ pia credita hominum vitam ſeruandi cauſa *§. ſerui de iure perſonarum.* etſi ab initiò incognitis libertatis & ſeruitutis nominibus, omnes vno comuni nomine vocarentur *homines*, de libert. *iuſtit.* p. Dicat rerum diuiſio, quæ naturali, & diuino facta iure, earundem naturaliſſimam humiliauit comunionẽ. Dicat Baptiſmus quandò ſinè fide, & pœnitentia receptus non repetitur; Quià baptiſmus etiam illegitimè acceptus, reccedente fictione; fideque ſuperueniente fit ratus *cap. tunc valere* 42. *de conſecr. d.* 4. Dicat Regis ſtatus in populo Iſraelitico, cuius principium non aliud quàm populi faſtidium atquè ſuperbia *lib.* 1. *Reg. cap.* 8. non tamen vel Reges, vel Regium ſtatum tollere fas erat. Sic ex malis moribus, optimæ ſunt ortæ leges, quas tollere ne-

ſas. *Calphurnia* improbiſſima fæmina cauſam dedit ædilitio ædito, *nè feminæ in iudicio ſtarent*. videas Vlricum Zaſium; in eiuſdemque notis Ludouicum Charondam in catalogo legum antiquarum. Dicant tandem matrimonia, quæ illicito fundata principio illegitimè contrahuntur, etſi tandem conſumata non reſcindantur. *cap. homines.22. q.2.c.1.34. q.1. c. denique. c. quatuor. 31. q.1.* Idem igitur de Imperijs, & Magiſtratibus dicas, quià etſi aliquandò à malo oriantur principio, quia tamen Imperia, Magiſtratus, dominia de ſe mala non ſunt, imò de ſe bona, quia nulla poteſtas niſi à Deo *Paul. ad Rom.* 13. Deus iuſtus Mundi iudex. *Geneſ.* 18. Super throno ſedens iudex iuſtitię. *Pſalm. 9. ver. 5.* Reges remouet, & conſtituit. *Dan. 2. v. 21.* ipſe excelſus Dominatur ſuper re-
gna

gna hominum, & donat illa cui vult. *Dan.4. v.22.* Deus Iudex eſt, qui hunc humiliat, & hunc exaltat. *Pſal.75.v.7.*

His poſitis videamus ceteras natio nes, quæ Maris habuere dominium. Inter illuſtriores, notiſſimus ille Samiorum Rex Polycrates recenſetur, qui referente Seldeno *cap.*11.*lib.*1. ex Herodoto in Thalia. Burgo ex Riccio in *lib.*1.*Hiſtor.naual.* primus præter Minoem inter eos, qui Maris ſunt potiti dominio. Multos alios Græcorum Principes videas apud Seldenum, & Burgum, non enim mihi cura, ad alienos victitare labores, hoc tamen vnum, teſtimonio *Suid. Scalig. in Euſeb. numer.*.840. integrum conſcriptum opus a *Caſtore Rhodio*, in quo tranſacta maris tranſcribebantur dominia, hoc tamen temporum iniuria aboleuit.

Poſt Grçcos ad Maris comprobandum dominium, veniunt exteri, quos, Barbaros dicebant Græci. Antiochus Syriæ Rex *Nonne*, (inquit) *Mare & Tellus mea ſunt.* Selden. lib. 1. c. 12. *Darius* cum Scythas perſequeretur, ab ipſis in obſequium terram atque aquam petebat, ſigna maritimi ac terrenis dominij. Herodo: in *Melpom. p.* 347. & in *Erato p.* 451. *Poſt hæc Darius, quid in animo Græci haberent, pugnarent nè ſecum an ſeſe dedere tentandum ratus, legatos per Græciam alios aliò dimittit, Regi terram, & aqua, mittere iuſſus.* Xerſes, cum ægrè ferret pontem, quo Aſiam Europæ coniunxerat ab Heleſponto deiectum, hunc virgis cædi iniectiſquè compedibus caſtigari iuſſit, ſub titulo: *Dominus tibi hanc pænam irrogat. Herodo: lib. 7. in Polymnia. p.* 511. de Perſis etiam habet Appianus in prohæm. hiſtoriæ Rom. *Mædi verò*

Per-

Perſæq. cum plurimum mari polle-bant aut Pamphilium ſinum habue-runt cum vna Cypro inſula, aut par-uam aliquam Ioniæ regionis mariti-mæ, nec Perſici ſinus, quem in pote-ſtate habebant, amplitudo magna eſt. Potentiores fuere Tyrij (teſte Curtio lib. 4. de geſtis Alex. n. 4.) qui ità ſeuerè maritimum exer-cuere Dominium, vt *diù Mare nō vicinum modò, ſed quodcumque claſ-ſes eius adierunt, ditionis ſuæ fece-runt*. Alexander tandem Ma-gnus Orientalibus potitus re-gionibus, in Europam moliéba-tur expeditionem *vt cunctæ Tel-luris* (teſte Iuliano Imperatore Euſebiæ encomio) *ac Maris Do-minus fieret.* indè Cicero. lib. 10. epiſt. 7. ad Atticum. *Qui mare tenet eum neceſſe eſſe rerum poti-ri. Et omnino magnæ potentiæ præſidium, & quaſi pignus eſt, ſemperque fuit Maris dominari. Iſaac. Caſſub. in Polyb. p. 199. & ſuperius*

Quam neceſſaria res ſit ad magnum Imperium ſiue parandum ſiuè formãdum, habere in ſua poteſtate mare, etiam mediocriter periti rerum politicarum, & eorum quæ nunc cum maximè geruntur, non ignorant. Propterea antiqui Chronicorũ apud Græcos ſcriptores, quum nullum extaret ſnmmum imperium vllius Græci populi, cuius factis ante Olympiadum inſtitutionem doctrina temporũ inniteretur, inter alia tempora quibus ad ſeriem temporum deſignandam ſunt vſi, iſtud non prætermiſerunt; ſed populos diligenter recenſuerunt, penès quos imperium maris quondam fuiſſet, atquè omnes mutationes quæ in ea re contigerunt, accuratè in ſuis Chronologijs adnotarunt. ſic Thucydides de Græcis lib. 1. *Qui claſsibus operam dederunt, ingentem potentiam ſibi compararunt, tam ipſo pecuniarum reditu, & vectigalibus, quam imperio, quod in alios exercebant: Nam huc illucquè na-*

ui-

uigantes, inſulas ſubigebant. Idem voluit Io: Schefferus de militia nauali lib. 1. c. 1. *Poſt Minoem hoc egerunt Corinthij, deinde Athenienſes, tum Lacedemonij, vt quiſque populus præ ceteris plurimum valebat. Et hæc prima nauigandi cauſa. Quæ deindè populis haud paucis maximorum origo imperiorum, ac potentiæ fuit.* & hæc ſatis circa Maris Dominium in Oriente reccėptum.

DE MARIS DOMINIO

Penès populos Occidentales.

Cap. Septimum.

93 INter Occidentales populos, apud quos marinum cõperitur dominiũ, ſtant Spinetæ Padi ac olæ, vt videre eſt apud *Dionys: Halycarca. lib. 1. Plin. lib. 3. c* 16. *&* 17. Item Tyrrheni, à quibus teſte *Siculo lib. 5. Biblioth.* Mare inferum, cognominatut Tyrrhenum. *Mare vt Domini obtinentes à ſe illud denominarunt.* Fuere etiam Veneti maritimi Galliæ habitatores, de quibus *Cęſar lib. 3. de Bello Gallico. Huius Ciuitatis eſt longe ampliſſima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum, quod & naues habent Veneti plurimas,* qui,

quibus in Brittaniam nauigare conſueuerunt; & ſcientia atque vſu nauticarum rerum ceteros antecedunt: & in magno impetu maris, atque aperto, paucis portibus intierectis, quos tenent ipſi, omnes ferè, qui eodem mari vti conſueuerũt, habent vectigales. Maris etiam Mediterranei Domini fuere Chartaginenſes vſque dum Annibal cum quibuſdam claris triremium ducibus à Romanis in quodam portu Sardiniam verſùs ; incluſus, amiſſa claſſe à proprijs crucifigitur, *Romani pelago dominari cæperunt. Polyb. lib.* 1. & adeò vltra falſos extendere terminos, vt meritò irriderent Aſſyriorum, Mędorum, Perſarumque potẽtiam. *Si quidem Romani ab Occidentali Oceano ad Caucaſum montem, & fluuium Euphratem, & Ethiopas, qui ſunt ſuprà Egyptũ ac Arabiam, vſque Orientalem Oceanum imperãt: atquè ità ab occaſu ortuque Solis claudun-*

tur Oceano. Maris quoque Mediterranei totius tenent dominium, & inſularũ omnium, atquè etiam in Oceano Britanniæ. Medi verò Perſæquè cum plurimum Mari pollebant, aut Pamphylium ſinum habuerunt cum vna Cypro inſula, aut paruã aliquam partem Ioniæ regionis maritimæ. nec Perſici ſinus, quem in poteſtate habebant, amplitudo magna eſt. tam latè dominabantur Romani illi, qui iam ſine controuerſia, quandò apud Drepanum nauali prælio affecti, Carthaginenſibus Maris ceſſere dominium. *Polyb. lib.* 1 *p.* 89. Romani, qui ab initio primi Belli Punici paſſi ſunt à Cartaginenſibus ſibi imponi, nè vltrà *Promontorium Pulchri, ipſi vel eorum ſocij nauigarent, niſi vel vi tempeſtatis, vel hoſtili animo coacti.* Polyb. lib. 3. p. 250. Item quando replicato fædere prohibuere Pæni; *nè Romani ſocijuè Romanorum vltra Promontorium Pulchri, nec*

mer-

mercaturæ gratiâ nauiganto, nec Ciuitatem acquirunto. Polijb. ibid. ea autem cauſa eo nauigare Romanos non permiſſere Carthaginenſes, *nè in eorum notitiam venirent loca Syrtibus propinqua, quæ illi propter fertilitatem regionis Emporia appellant. Polyb.* Sicquè perdurarunt vſquè ad C. Duilliũ, à quo ad extremum redacti Romanum trahebantur adorare nomen. *Et pudebat* (teſte Floro lib. 2. c. 6.) *Nobilem populum ablato Mari, raptis inſulis dare tributa, quę iubere conſueuerat*. Confirmat Liuius. 8. quintæ decad. *Antiochi fiducia bellum ſuſceptum. Antiocho terra mariquè ſuperato, & propè extrà Orbem terræ vltrà iuga Tauri exacto quam ſpem eſſe ſuſtinẽdi bellum*. Indè percuſſo fœdere contrà Antiochum ità cautum. *Tradito Antiochus naues longas armamentaquè earum; nè vè plures quam decem naues actuarias (nulla*

quarum plus quam 30. remis agatur) habeto; Minorem ea Belli cauſa, quod ipſe illaturus erit. Neue nauigato citrà Calycdanum neuè Sarpedonem promontoria. extrà quę, ſi qua nauis pecuniam, ſtipendium, aut Legatos aut obſides portabit (Liuius Dec. 4. lib. 8.) *Milites mercede conducendi ex ijs gentibus quæ ſubditione populi Romani ſunt*. ſtrictiùs etiàm apud Polyb. *Nullam habeto 30. remis actam nauem*. Indè Annibal in oratione habita ad Scipionem. *Non recuſamus* (inquit) *quin omnia propter quæ bellū initum eſt, veſtra ſint, Sicilia, Sardinia, Hiſpania, quicquid Inſularum toto inter Africam Italiamq. continetur mari. Carthaginenſes incluſi Africę litoribus, vos (quandò ità Dijs placuit) externa etiam Terra Marique videamus regentes imperia.* indè cum Romani petientes Cartaginē inter Maſsaniſſam, & Carthaginenſes de agro iudica-

dicaturi, Romam redeuntes nunciarent, vim naualis materię ſe Carthagine depræhēdiſſe. *Placuit Legatos mitti Carthaginem qui ſpecularentur: quid ageretur. Caſtigato Senatu Carthaginenſium: qui contrà fædus exercitum, & nauales materias haberēt.*

Liui. in epit. lib. 47. & 48. Si plura prò Romanis pretendis, Seldenū Conſulas.

MARITIMVM DOMINIVM
Chriſtianorum, & Infidelium noſtri temporis.

Cap. Octauum.

94 SVpremum Chriſtianorum Paſtorem eodem titulo, quo Imperialia tenet Regna ex pia, & vulgò credita Conſtantini donatione, tot ſeculis caneſcente, contermino ſalſo potiri dominio, ſuprà probauimus. dein, & Temporalium Primum. *Leopoldum Auſtriacum* Imperatoriæ Maieſtatis tutorem, patrimonialibuſquè Imperiale, gerentem, ſceptrum, Terræ Dominum ſub eiuſque legibus mare volui, dicant veſtigia adhuc volantis Aquilæ; Huius partus, Hiſpani, & Galli quam mor-

mordicùs (aduerſus erumpentes limina, defraudantes vectigalia ſimiliaque negantes) vrgeant, dicat *Charondas Caroneus in not. ad lod: Henr: lib. 20. tit. 7. conſtit. 28. Rex.* (inquit) *eſt Dominus Supremus Marium quę circa regnum eius diffunduntur. Quòd ex eo euenit, quia in eius poteſtatem translatum eſt ius vniuerſum rerum quæ iure ſiuè naturali ſiue gentium fuere communia.* Extant quoque Regum conſtitutiones, quibus iubētur Naues exterorum per mare Galliæ conterminum tranſeuntes ſumma vela demiſſa, ſupremū Gallorum recognoſcere imperium, ità Seld. & Burgus. Quantum verò ad Hiſpanos, perlegendi ſunt. *Garc. de expenſ. & melior. c. 21. n. 34. Iacob. Vald. de dignit. Reg. Hiſpan. c. 12. Couar. in relect. c. peccatum. p. 2. §. 8. Burg. Seld.* Luſitani etiam idem contendunt, quorum Rex in *Lateranenſi*
gener.

gener. Conc. ſub Leone X. ſeſſ. 9. hiſce condecoratur, *Emanuel Dei gratia Rex &c. Dominus Guineę & conquiſtę nauigationis ac cōmercij Ethiopiæ, Arabiæ, Perſiæ, &c* Extāt quoque eorundē conſtitutiones, quibus in *lib*.5.*tit*.112.cauetur neminē dictas regiones, terras, Maria Guineæ, & Indiarum aut quaſcūque alias adire terras, Maria nobis ſubacta in comercium ſeu negotiationem ſeù ad arma inferenda abſque *licentia noſtra, & auctoritate. Pęna capitali ei qui contra fecerit* infligenda, boniſque eius vniuerſis fiſco applicādis, nemo petat. Ea autē Maria ſibi dicūt Luſitani donata ab Eug.4. Nicol. 5. ac Sixto. 4. Pōtificibus Maximis. Controuerſa fuere (*teſte Seldeno*) ab Elizabet Anglię Regina. Item à Ferdinando Caſtellarum Rege cōtra Ioannem Luſitaniæ, cum per Chriſtophorum Columbū

Ianuenſem eò patuit nauigatio. Itèm à Carolo 5. cum Ferdinandus Magaglianes ex Magellanico per Maria Caſtellanorum ad Moluccas penetraret. Quam duriùs verò Luſitani tale exerceant dominium? dicat Burgus vltra ea quæ iam notata. Celebriores omnium Veneti, qui ſanguinis prætio prò Chriſti nomine Mediteraneas mercati ſunt vndas, de quibus in ſecundo libro redibit ſermo. Ianuenſes etiam Liguſtici Maris pretendunt dominium, de quo integrum opus conſcripſere Burgus. Io: Bernardus Veneroſus. In Tyrreno ſimiliter dominantur Tuſci vt videre eſt apud *Benedictum Bonium lib. de cenſib. ar. 16. §. 40.* Quod ſi vltra Magellanicum fretum, aſpicias *Danos*, & *Noruegos*, habebis Mare locatum, & conductum magno cum incremento fiſcalis cameræ

meræ Daniæ; Imò in tranſactione Haſniæ ſactainter Chriſtiernũ Daniæ IV. & Guſtauũ Adolphũ, Sueciæ, cautũ vtrenũciaret *Rex Sueciæ Iuri, & ſuperioritati, & Dominio Maris, alijſque regalibus, quæ in Norunegia, Horlandia, & Diſtrictu, Vuardhuſenſi ad dictũ Oceanũ vendicauerat.* Daniæ hiſt. lib. 7. Non extranei ſunt Poloni teſte Iano Ianus Loruuſchio in ſtatutorum *Poloniæ lib. 3. tit. 1. fol.* 109. Indè Oratores Polonæ Reipub. Henrico tertio Galliarum Regi, quem ſibi Regem elegerant, promiſerant *quamprimum Deo volente ad Regnum ſuum venerit, claßem neceſſariam, & ſufficientem ad tuendos portus, & Dominium Maris dictionis Regni, & Prouinciarum adiacentium (quatenùs ſe porrigit omnis ille tractus Polonicæ dictionis) ſuo ſumpto alere.* Polonorum Dominium faſſus eſt Maximilianus. II. Cæſar quã-

do curſum dirigens in Moſco-
uiam, & Rigam licentiam im-
petrari iuſſit à Poloniæ Rege, te-
ſte Burgo. Qua propter mariti-
mis freti viribus Poloni ad Ge-
danenſe emporium ſolita telo-
nia illis debita augere non for-
midarunt, & ſi minimè patien-
tibus, qui Mare frequentant,
teſte *Burgo lib.1. cap.6* In Mari
Balthico, quantum Suetiæ ex-
tenduntur litora, dominatur
Suecus; Indè alicui in eo naui-
gare non licet, à Rege venia non
impetrata, obſtante nauium &
triremium numeroſa claſſe, ad
tuendum imperium deſtinata.
Inſtituto etiam Collegio, cuius
officium omnis generis inſtrue-
re naualia ad ſecurum Maris
dominium, hoſtes vel piratas
aduerſùs. Ibidèm tamèn non ſo-
lus dominatur Suecus, ſed, &
Princeps Boruſsiæ, eiuſque loco
Rex Poloniæ iuxta litorum li-
neam

neam quæſitum ſibi profitetur dominium. *Burgus ex Schneid.* Sic Turcarum Tiranus Aegeum, Pontum, atque Affricanum ſibi vindicat Mare, vt peculiari titulo, Maris tam Albi quam Nigri dominum ſe decantet; ac in Affricano Mari piſcari nefas, non impetrata licentia. *Burg. Seld.* ex fœdere inter Henr. iv. Galliæ Regem & Achmet. Imperat. Turcarum 20. *Mar.* 1604. *Pariſijs edito.* 1615. Sinarum quoq; Rex copioſiſſimam habet claſſem, qua fugatis piratis tutam præſtet nauigationem maritimi ſui dominij, quod adeo præmunt vt non minus calcaribus Tellurem, quam remis ſollicitent aquas, quamplurimis in naui familijs degentibus vitam. *Boter. relat. p.* 2. *lib.* 3. Et tandem Hollandi ipſi, qui pretextu communitatis Totius Maris prætenderent dominium, criminis

ar-

arguere Grotium, qui ad voluptatem concionando vt magis placeret, quam vera diceret, & beneuolentiam blanditijs colligeret, de Mari libero apud ipſos multa eruditè habuerat. *Selden. Burg.* ex ipſo Grotio in apologetico eorum, qui Holandiæ præfuerant ante mutationem 1618. In inducijs anni 1609. concluſum inter ipſos & Hiſpaniæ Regem, plurium Marium abſtinendi nauigationem; quo, dominium Regis palam profitentur ſaltem in India Occidentali ex confeſſione *Granſuuinchel. c.6. contrà Burgum*. quo capite multa quidem ad dicendi ornatum delineat, quibus tamen reſpõdeat, nõ adhuc. Hic nota, ꝙ Superius adducta nõ Prò Cæſare, non prò Hiſpanea, non Gallia, Suetia, Polonia, &c. dicta volo: de terminis ad inuicem digladientur, mihi ſatis à qualibet natione ten-

tentatum, poſſeſſum, perditum, recuperatum Maris dominium, vt concludam iuregentium ſtare diuiſum.

* *
*

MA-

MARIS DOMINIVM

Eiuſquè diuiſionem adprobarunt.

Canoniſtæ, Theologi, Iuriſperiti.

Caput Nonum.

95 1 ANteſignanus eſt Thomas *p. 2. q. 94. art. 5. pri par. quæſt. 95. art. 2. & lib. 3. cap. 9. de regimine Principum. Dominium* (inquit) *hominis ſuper ceteras creatu-*
2 *ras eſt naturale.* 2. Caietan. *tom.* 1. *Opuſcul. tract.* 31. *reſponſ.* 12. *dub.* 4. *ad hoc dicitur, quod quum propriteas rerum ex iure ſit poſitiuo, & conſuetudo ad ea ſe extēdat, quæ iuri ſubſunt poſitiuo, & conſequens eſt, quod ſicut lege poſitiua appropriari poſſunt alicui feræ, & ità conſuetudine poteſt huiuſmodi appropriatio. Et hoc mani-*

*niſeſtum eſt in piſcibus dum vendun-
tur iura piſcandi. Et conſtat quod
Populus habens dominium alicuius
ſyluæ, poſſet legem ferre, quod ſolus
rector poſſit ibidem venari. Nec in
hoc præiudicium fit iuri naturæ, quo-
niam de iure naturæ non ſunt feræ co-
munes niſi negatiuè: hoc eſt quia nul-
lus eas appropriauit. Cum quo clarè
ſtat, quod à ſuperueniente iure legis,
vel conſuetudinis, poteſt appropria-
tio fieri ſicut de reliquis. Nec eſt
contrà allatam legem, quæ loquitur
de feris, quæ in nullius bonis aliquo
iure ſunt: dictas enim feras conſue-
tudo in bonis Principis poſuit.* 3. So-
3 to *de Iuſtit. & iure. lib.*4. *q.*3. *con-
cluſ* 4. *complura manſerunt comunia
iure naturæ, quorum dominia ius
gentium diſpertiri nequiuit, putà lo-
cus, vt ait Ariſtoteles, nempè ciui-
tas, itinera &c. & (* vt refertur
2. inſtitut.) *elementa videlicet aer,
aqua, littora & portus, piſces, feræ,
aues &c, iure enim naturali, & per-
mi-*

miſtione iuris gentium, piſcatio, & venatio comunes, licet poſtea iure ciuili, forſam non tam æquitate quam licentia eſt conſuetudine, plus nimio
4 *interdictæ ſint.* 4. venit Ferdin. Velloſil. in aduertentijs in D. Ambroſium. *q.15.p.248.complurima manſerunt comunia iure naturæ*, &c. vbi eadem verba repetuntur quæ apud Sotum. de furto
5 to digladientur ipſi. 5. Conradus Koelim in *pri.2. D.Thomæ. quæſt.94. art.5. §. ad maiorem. Illa dicuntur eſſe de lege naturæ; quia oppoſitum natura non induxit; ſed non eſt à natura, quia natura ad hoc poſitiuè inclinat, quaſi poſſeſſio propriorum ſit contrà inclinationem naturalem.*
6 *lem.* 6. venit Leſsius *lib.2.cap.4. dub.8. num.52.53. res omnes externas vſibus humanis ſubiectas cadere ſub Dominium hominis, idquè iure naturæ, vt agros, montes, flumina, plantas, beſtias, metalla, & ſimilia. Cælorum autem, & aſtrorum*

propriè non ſumus Domini: etſi enim propter nos condita ſint, vt noſtris vſibus famulentur, tamen non ſunt ità ſubiecta, vt de illis poſſimus diſponere, ſicut res inferiores, quas contrectamus, & aptamus ad noſtra comoda. Sumus tamen Domini effectuum vt luminis, caloris, auræ ſalubritatis, quia his vtimur quodamodò, ſicut alijs rebus externis, alio tamen modo poſſumus dici Domini Cælorum & aſtrorum, quià in obſequium noſtrum facta ſunt. Aduerte tamen, cum dicitur hominem iure naturæ habere dominium in res inferiores, non eſſe id ità intelligendum quaſi ſinguli habeant completum dominium à natura, ſed quia poteſtatem habent res inferiores occupandi, & earum dominium completum comparandi, hoc enim ius cuique à natura conceſſum in rem quamlibet, vt eam occupare, ſibique vindicare poſſit, ſi ab alio antea occupata non fuerit.
7 7. Idem voluit Sayro *lib.* 11. *cap.* 9. *num.* 6: *Licet iure*

iure naturæ omnia ſint comunia, poſſunt tamen per legem aut Rempublicam bona iure gentium comunia ità priuatis concedi, vt in poſterum non ſit licitum alijs ea occupare. Sicut iure naturali omnia in principio erant comunia, & tamen legibus humanis facta eſt poſtea rerum diuiſio: ità res iſtas iure gentium comunes, ex cauſa Principes priuatis vſibus applicare, earumque occupationem interdicere poſſunt, & ſic venationem earum, aut piſcationem probibere. Neque hoc eſt iuri naturæ aut gentium aduerſari, ſi quidem neque iure naturæ neque iure gentium præcepta aut prohibita eſt venatio, ſed ſolum permiſſa & licita. Stante igitur hac permiſſione iuris naturalis, & gentium de venando & piſcando, ſuperuenire poſſunt iuſtæ, & legitimæ cauſæ, quibus expediens, & decens ſit, eam vel aliquibus perſonis, vel certis quibuſdam in locis, aut temporibus, vel aliquibus inſtrumentis probiberi, vt

ratio ipſa docet, & experientia teſta-
8 *tur.* 8. Idem voluit Gloſſ. in c. vbi periculum. de electionn. in 6. ver. territorio. *Territorio ſiue diſtrictu. Quid ſit territorium dixi ſupra de conſtit. cap. 2. quo ad hunc caſum ponitur prò diœceſi: vt in cle. eod. titul. ne romani. §. Sanè: & per hanc literam puto quod ſi moriatur in mari: Cardinales debeant conuenire in ciuitate per quam locus ille maris diſtrigitur. ad hoc. ff. de V. S. l. pupillus. §. territorium. ff. de iud. Inſulæ Italiæ: & ſi non diſtrigatur per aliquam Ciuitatem diceremin vicinio-*
9 *ri Ciuitate id faciendum.* 9. Ad idem facit Gloſſ. *in leg. Sanè* 4. *ff de iniur.* vbi loquens de iure piſcandi priuatorum habet. *Sanè pertineat per priuilegium, vel per longam conſuetudinem: vt ſuprà de diuerſ. præ-*
10 *ſcript. leg ſi quiſquam.* 10. Idem voluit Baldus ad *l. rerum omnium. ff. de rerum diuiſione. num. 4. hic ergo queritur numquid quis poſſit præſcri-*
bere

bere mare .i. aliquem vſum maris vel aliquam iuriſdictionem in mari, & videtur quod non: quia videtur eſſe contrà naturam rei, ideſt maris, quod eſt comune omnium hominum, & omnium animantium. Nam contrà infantes, & nondum genitos impoſſibile eſt præſcribi. Item videtur eſſe contrà ius naturale, & ideo maxime ſine titulo præſcribi non poteſt. In contrarium videtur de diuer. præſcript. leg. ſi quiſquam, & arg. inf. corn. præd. l. venditor. Item in mari eſt iuriſdictio: ſicut in terra; nam mare eſt in terra i. in alueo ſuo fundatum cum terra ſit inferior ſphera vt no: de elect cap. vbi periculum. lib. 6. ergò præſcribi poteſt vt l. viros. C. de diuer. of lib. 12. nam præſcriptio æquiparatur priuilegio. de V. S. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, & videmus de iure gentium in mari eſſe regna diſtincta: ſicut in arida terra ergo, & ius ciuile, ideſt præſcriptio illud idem poteſt operari, & hic præſcriptio

uandoquè auferetur, & applicatur
10 *alteri.* 10. Iaſon *l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. num* 27. *Item Gulfus Maris Venetorum eſt in eorum dominio, & poſſunt interdicere Ianuenſibus, & alijs nè poſſint in Gulfo naui-*
11 *gare leg. ſane. ff. de iniurijs.* 11. Albericus in *Cod. de Sum. Trinit. leg. cunctos populos num.* 19. *tamen Rex Fräciæ, & Hiſpaniæ & aliæ Prouinciæ multæ, & etiam Ciuitas Venetiarum exemptionem allegant, & præſcriptionem tanti temporis cuius memoria non exiſtit. vt ſupra dixi.* ***Et ego vidi priuilegium exemptionis conceßum Duci, & Ciuitati Venetiarum***
12 *bullatum bulla aurea.* Idem voluit Angel. Aret. *de rerum diuiſ.* §. *& quidem.* §. *flumina. num.* 3. *Quæro: licet præſcriptio* 30. *ann. non habeat ius in iſtis rebus publicis vt maris, vel fluminis publici, quod eſt populi Romani vel Principis vt l. litora. ff. ne quid in loco pub. & leg. fin. ff. de vſucap. An præſcribatur tanto tempore*

cuius

cuius initij memoria non exiſtit in contrarium, principe ſciente, & non
13 *contradicente?* 13. *Dic ſecundum Io: de Pla: quod ſic vt l. vſum aquæ. coniuncta leg. diligenter cum gloſ. Cod.*
14 *de aquæduc. lib. xi.* 14. Decius in *cap. licet cauſam. de probationibus. num.* 16. & 17. *Magis tamen placet, quod ſupra dictum eſt, quia etiam in Maribus dicitur eſſe territorium. & idem, Baldus dicit in c. accedens. circa finem ſup. vt li. non cont. vbi expreſsè dicit, quod diſtrictus idem eſt, quod territorium, quod etiam in aquis ſe extendit, & appellatione territorij, venit mare. vt no. D. in cap. vbi peric. §. porrò per gloſ.*
15 *ibi. de elect. in 6.* 15. Idem voluit Bartholom. Cæpolla. *de ſeruitut. ruſtic. prædio. titul. de Mari num.* 1. *Mari quod natura omnibus patet priuata ſeruitus imponi non poteſt leg. venditor in princ. ff. com. præd. quià Maris comunis eſt vſus omnibus hominibus vt aeris. leg. littora. ff. ne*

quid in loco pub. ſed à principe impo-ni ſeruitus mari poteſt. vt dicit gloſ. id dict. l. venditor id princ. p. l. ſerui-tutes &c. item num. 5. Sed numquid poſſit aliquis præſcribere mare tanto tempore cuius initij memoria non ex-tat, & videtur quod non, ex quo mare eſt comune omnibus vt dixi. er-go videtur quod contrà infantes, & nondum genitos impoſſibile ſit præ-ſcribi poſſe. Quia non valenti agere non currit præſcriptio leg. 1. in fi. Cod. de ann. præſcript. Item quia iſtud vi-detur contra Ius naturale; ergo præ-ſcribi non poteſt. leg. iura ſang. ff. de R. I. In contrarium videtur quod imò tanto tempore poſſit acquiri. Quia in Mari ità eſt Iuriſdictio ſicut in terra. vt no. in cap. vbi periculum. de elect. in 6. &c. 16. Idem voluit Barto-

16 lus *tract. de Inſula. §. nullius. num. 1. ad quod videndum eſt, an qui ha-bet iuriſdictionem in territorio cohæ-renti Mari habeat in ipſo Mari, & vſque ad quod ſpacium. Et videtur*

quod

quod non, quià Mare eſt comune omnibus. In contrarium eſt veritas imò ſicut Præſes Prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus per terram vt ff. de off. præſ l. congruit, ità etiam per aquam vt ff. de claß. l. vn. lib. xi. Ex hoc apparet quòd etiam in Mari habet Iuriſdictionem, & in Inſulis quæ ſunt in dicto Mari, multò
17 *magis* 17. Ludou. Roman. *ff. de vſucap. leg. vſucapionem. numer. 3. Item adde, quod in vſu rerum communium iure gentium: an procedat præſcriptio? & dic quod non l. fin. cod. niſi ſit tantum tempus, in cuius contrarium memoria non exiſtat leg. vſum aquæ. leg. diligenter Cod. de aquæductu l. xi. & eſt ratio, quia lapſus tanti temporis habet vim priuilegij à principe conceſſi, de V. S. cap: ſuper.*
18 *l. ſane ſi maris. ff. de iniur.* 18 Paulus de Caſtro in *leg. præſcriptio* 45. *Loca publica Iuris gentium, quæ occupanti conceduntur longo tempore poſt occupationem non præſcribun-*

tur, quominus ceſſante occupatione redeant in priſtinam cauſam, & iterum concedantur occupanti. ff. de vſu-
19 *capionibus.* 19. Salycetus. *Cod. de nautico fænore. l. 3. n. 5. Vlterius vides hic quod conſuetus nauigij locus etiã in mari eſt ſeruãdus quod nota prò Venetis, qui deueta habẽt in mari &c.*
20 20 Antonius Piccardus. 2. *Inſtit. tit. 1. §. 4. n. 6. ſciendum enim eſt, maximam eorum partem quæ iure gentium comunia, poſtea iure Belli fuiſſe violata, vt colliges ex §. ius gentium de iur. nal. §. item ea de rer. diuiſione l. 1. §. item bello capta. ff. de adquir. poſſ: vnde l. littora. 3. ff.* (in n. 1. obiect. 3.) *nè quid in loco publico, vbi littora quoad proprietatem Populi Romani eſſe ſcripſit I. C. intelligitur in iure, &* Dominio *bello acquiſito vt deducitur ex illis verbis, in quæ Populus Romanus imperium habet, ius enim imperandi bello quæſitũ*
21 *eſt.* 21 Thadæ, Piſo: Soacius *inſtit. 2. de rer. diuis §. flumina n. 4.*

Scien-

Sciendum eſt, id quod comune Et, publicum quandoque dici poſſe, veluti ſi ab aliquo populo occupatum ſit l. 10. ff. eod. Maris enim, & littorũ dominium præſcribi poteſt, tanto ſcilicet tempore cuius initij memoria non extat, ſecundum glo: poſt tex. in
22 *l. vſum aquę. C. de aquæ ductu.* 22 Vbricus Hunnius *lib. 2. de rer. diuiſ. q. 14. Accedit quod res comunes publicę, & vniuerſitatis, ijsdem planè modis acquiri poſſunt, quibus & priuatæ ſolent. atquì priuatæ præſcrptione acquiri poſſunt: igitur ſequitur res quoque iure naturali comunes per præſcriptionem acquiri potuiſſe.* 23. Arnold. Vinn. §. 1. *n.*
23 *5. de rer. diuiſ. inſtit. 2. Illud conſtat; non facere contra ius naturę aut gentium, qui recepto in ſe onere tuendæ nauigationis aduerſus piraticas excurſiones, iuuandæquè per ignes nocturnos, & breuium Signa, vectigal æquum impoſuerit: quale fuit* Romanum *vectigal Erytræum de quo Stra-*

bo

bo lib. 17. *& quod in Ponto Byzantini exigebant quodquè iam olim Athenienſes exægerant in Ponto eodem, memorante vtrumque Polybio.*
24 24. Io: Oinotomus. *de rer. diuiſ.* §. 1. *n.* 5. *Maris enim, & Littorum publicorum dominium præſcribi poteſt, tanto Scilicet tempore, cuius*
25 *initij memoria non extat.* 25. Miſingerius. *tit. de rer. diuiſ.* §. *& quidem n.* 3. *Poteſt etiam Maris littorumque publicorum dominium pręſcribi tanto tempore cuius initij memoria non extet, ſed præſcriptione 30 annorum non acquiritur.* 26. Didac. Couuar. in relect. c. peccatum de R. I. par. 2. § 8. *licet iure naturæ omnia ſint comunia, poſſunt tamen à Repub. & Principibus qui eorum, quæ in bonis nullius ſunt, diſpenſationem habet quædam priuatis ità concedi, vt in poſterum, ea priuata non comunia ſint* §. *ſingulorum de rer di-*
26 *uiſ.* 26 Peregrin. *de iure Fiſci. lib.* 8. *n.* 14. *Et eadem ratione ſuperio-*

rioritatis, & Iuriſdictionis, quod Princeps Venetus poſſit nauigantibus per Mare Adriaticum indicere Gabellas, leges præſcribere, nauigationes permittere, & prohibère, & ſi aduerſus præſcripta factum fuerit
27 *merces confiſcare.* 27. Nicaſius. *de rer. diuiſ. §. flumina. n. 3. Si quis in aliquo diuerticulo maris tanto tempore, cuius initium non eſset in memoria hominum, exercuiſſet actū piſcandi vel nauigandi, diceretur ibi habere poſſeſſionem ad tales actus faciendum, vt C. de aquæ ductu. l. vſum. & lege diligenter. l. 11. & qui vellet illum impedire, teneretur de interdicto vti poſſidetis, vt ff. de iniur.*
28 *l. quiſquam.* 28. Ioannes Viſcontes. *de rer. diuiſ c. 2. n. 17. atqui* ſcire opportet, maximā eorum partem: quæ iure gentium communia erant, *poſtea iure belli violata fuiße. Omne enim Imperiū à bello eſt l. 1. §. item bello. de acquir. poß. Populus autem Rom. gentium*
do.

domitor extitit. Vndè Virg. 1. Eneid. appellat.

Romanos rerum dominos, gentemquè togatam.

igitur in laudata. l. 3. ff. nè quid in loco pub. Celſus de dominio iure belli acquiſito verba facit. Quo iure inſpecto; Littora ſunt in populi Romani Imperio, & vſus eorum certis legibus definitur l. fluminum. 24. de damn. infec. l. quamuis. 40. de acquir. re-
29 *rum dominio.* 29. Fachinæus. *controuerſ. lib. 1. c. 1. littera. C. licet iure naturæ omnia ſint comunia poſſunt tamen à Repub. & Principibus qui eorum, quæ in nullius bonis ſunt, diſpenſationem habent, quædam priuatis ità concedi, vt in poſterum, ea priuata non comunia ſint. §. ſingulo-*
30 *rum. de rer. diuiſ.* 30. Euerardus Bronchorſt. *centur. 1. q. 13. Littora Pop. Rom. ſunt. quoad imperium, & iuriſdictionem, & ſic publica eſſe dicuntur. Licet enim Mare littuſquè omnibus ſit cumune, etiã quo-*

ad

adproprietatem. Tamen Mag. Pop. Rom. illis legem modumquè imponere poteſt, quatenus iis ſit vtendum: putà nauigando, ædifficando, nè quilibet prò ſuo arbitrio, & cum damno Reip. vſum eorum ſibi vindicet. 31.

31 Chriſtophor. Por. 2. *inſtit. de reri diuiſ. in additionibus* §. 1. quæ dicuntur Iaſonis Mayni, & Io: Superantij. *in verbo littus Maris; An. autem Dominium iſtorum littorum publicorum, vel Maris quod eſt penes Principem vel Populum Rom. præſcribi poſſit ſpatio 30. annorum? dic quod non l. fin. ff. de vſucap. ſed benè præſcribitur tanto tempore, cuius initij memoria non extat.* 32.

32 Pietro Zambone. *lib. del Dominio del Mar Adriatico c. 1. c. che il Mar non è comune de iure naturæ*

33 Fran: de Ingenuis *lib. de Iuriſd. Sereniſs. Reip. Quum veriſſimum ſit & cuiuis compertiſſimum ſana mente prædito, terras, maria, & alia quæ ſub dominio alterius non ſunt, ſub po-*

te-

teſtatem redigi eius, qui primus illa occupat: qua ſanè ratione primæua Mundi imperia terra Mariquè occu-
34 *pabantur, hodiequè occupantur*, 34.
Epiſtola increpatoria, & monitoria ad Laurentium Motinum *De Mari Venetorum ignoto auctore. Si namquè vt Regius Propheta cecinit octauo pſal. eſt certum, hominem, à natura Angelica paulo minus diminutum, à Deo ſuper omnia opera manuum ſuarum fuiſſe conſtitutum; Mareque vt in pſal. 96. legitur, Dei eſſe, & ab ipſo factum: quis non videt, & Maris dominationem habuiſſe vnà*
35 *cum piſcibus?* 35. Gulielmus
Vueluuod *de Dominio Maris. c.* 1. *Momenti maximi argumentum digniſſimum, ſi quod hodie, alterum aggredior; Maris ſcilicet in dominia diſtincta partitionem legitimam, omni iure, diuino humanoquè comprobatam: ſed ignorantia quorundam im-*
36 *petitam &c.* 36. Iulius Pacius,
De Dominio Maris Adriatici. p. 41.
Reſ-

Reſpondeo primò littora quoque eſſe comunia, ſicut Mare. Quemad: igitur comunio litorum reſtringitur ad populum, à quo ocupata ſunt, l. 3. §. litora ff. ne quid in loco publi. ità etiã comunio Maris: adeo vt per Mare à nemine occupatum nauigatio ſit omnino libera: per Mare autem occupatum ab aliquo Principe liberam habeant nauigationem, qui ſunt illi Principi ſubiecti: alij verò eatenus habeant, quatenus idem Princeps

37 *eis permittit.* 37. Martinus Schochius *de Imperio maritimo c.* 1 *Quo verò omnia &c. ſex ſubſequentia capita ordine pertractabo.* 1. *Quam neceßarium ſit Maris imper. Quinã illud olim obtinuerint?* 3. *Quando Belgæ in Mari Dominari cæperint.*

38 Ioh: Loccenius, *de iure maritimo lib.* 1. *c.* 4 *Dominium Maris vniuerſum, & ſupremũ nulli hominum, ſed ſoli Domino Dominorum, competere, liquet ex pſ.* 8. 9. *&c.* infrà. *Sed Mare particulare, vt vocant, vel ſingu-*

gu-

gulare Imperio Regis, Principis, aut Reipub. ſubeſſe poteſt, quatenus eſt in eius ditione. & ſuprà n. 2. *Certum quidem eſt, primæuo iure naturę, & conditione hominum, maris vſum, & proprietatem omnibus fuiſſe comunē, ſed Reges, Principes, & Reſpublicæ liberæ eius dominium vi Imperij in terras, & vndas illis coniunctas*
39 *paulatim ad ſe traxerunt.* 39. Gio: Bernardo Veroneſe lib. intitolato, *Genio Ligure; p.* 147. §. 369. *De iure comuni eius eſt Mare, cuius eſt terra, cui adiacet.* & infrà. *Quanto poi ſul Mare di larghezza ſi eſtende queſto dominio non viene da tutti nel medemo ſenſo concordemen-*
40 *te ſtabilito.* 40. Claud. Barthol. Moriſot. *lib.* 2. *Orbis Maritimi. c.* 19. *De Imperio, & dominio Maris in genere. Sicut ille, qui claſſi præeſt, imperium claſſis habere dicitur, ſic & ille aut Imperator aut Rex aut Populus, imperium maris aliquod tenere, qui ceteris claſſe pręualet. Quod La-*
tini

tini copijs naualibus præſtare dicunt. Secundum hanc definitionem primum Maris imperium apud Gallos fuit, tum apud Cretenſes, Pelaſgos, Thraces, Rhodios, Phryges, Cyprios, Phęnices, Egyptios, Mileſios, Caras, Leſbios, Phocenſes, Corinthios, Ionios. Eritrienſes, Eginetas, Lacedemonios, Athænienſes, Tyrios, Carthaginenſes, Romanos, Gothos, Saracenos, Francos, Saxones, & Hiſpanos:
41 *&c.* 41. Iulius Ferret. *de re naua-li lib. 16. n. 6. Et an Mare dicatur eſſe in territorio vel diſtrictu. Dic quòd ſic l. pupillus ff. de aur. arg. leg. & per* D. *Canon. in c. vbi maius pericul. de elec. in 6. regitur mare per magnas ciuitates in mari, vel propè*
42 *mare iacentes. &c.* 42. Liber. Vincen. Hollan. *in Satyra Menippęa. Mare, & flumina pręſcribuntur tanto tempore, cuius initij non ſit me-*
43 *moria.* 43. Io: Baptiſta Laderchius *conſ. 71. n. 9. Et licet non ignorem à pleriſque ſcriptum eſſe vena-*
tio-

tiones non poſſe probiberi per Princi-pes, &c. tamen longè aliter vſus obti-net, & multi etiam aliter reſponde-runt Bertran. conſ. 125. *vbi conſul-uit Ducem Methinæ poſſe Marchioni Tariſæ probibere nè piſcaretur neuè*
44 *in littore ſuo retia ſicaret*. 44. Carolus Ruin. *conſ.* 28. *lib.* 1. *n.* 16. *Quod Mare pręſcribi vel acquiri poſ-ſit præſcriptione aut longa conſuetu-dine tenet etiam Gloſ: in l. ſanè ſi*
45 *maris. ff. de iniur.* 45. Io: Garſias *de expenſ. in* 17. *tom. tractat. n.* 34. *p.* 331. *Ex quibus illud conſtat eui-denter, quia Mare eſt eius, cuius eſt terra cui adiacet. gloſ. notab. in c. vbi*
46 *periculum. &c.* 46. Benedict. Bonius *de Cenſib. in* 6. *tom. tractat. p.* 167. *n.* 40. *In littoribus tamen Maris, quia, & in ijs fuit Iuriſdictio populi Romani, cenſus ab ipſo conſtitui im-ponique poterat, & ideo Celſus dixit populum Romanum Imperium, & iura in litora &c. propterea Princi-pes in litoribus maris cenſus conſti-*
tuere

tuere valent, quia quod natura liberum eſſe voluit, ſeruum, & proprium
47 *fecere.* 47. Beneuent, Straccha. *de nauigat. n.* 8. *in tom.* 6. *tractat.p.* 314. *Sciendum illud in primis eſt, in mari nauigare prohiberi poſſe neminem l.* 2. §. *ſi quis in mari ff. ne quid in loc. publico. & in flumine. publico nauigare licere. ff. vt in flumine pub. nauig. lic. l. vni. vbi Bar. in rub. eleganter inquit, intelligo iſtud interdictum, vt quis à priuato nauigare impediri non poſſit, ſed ab eo qui habet iura regalia in illo territorio, po-*
48 *teſt prohiberi,* 48. Iulius Pacius. *inſtit.* 2. *tit.* 1. *de rer. diuiſ.* §. 1. *Quamuis enim litus ſit comune, tamen ocupari poteſt vel totum ab vniuerſo populo, tumquè publicum ſit ff. ne quid in loc. pub. l.* 3. *vel prò parte ab aliquo priuato homine, qui in litore ædifficans illud litus per ocupationem ſuum facit &c.* Item in §. 5. *Nam riparum vſus publicus eſt iure gentium: litorum verò vſus eſt publi-*

tus,

cus, & iuris gentium : quia litora ab aliquo populo, præſertim à populo Romano ocupata, populi Romani ſunt ff. ne quid in loc. pub. l. 3. cæteraſunt
49 *iuris gentium, ideſt comunia.* 49. Guido Papa, *conſ* 56. *nam certum eſt quod Pedagiorum, & vectigalium exactio eſt de iure comuni prohibita l. 2. & 3. C. nou. vectig. &c. ideò in eorum acquiſitione requiritur Principis cōceſſio, vel cōſuetudo tāti tēporis, cuius memoria in contrariū nō eſt.*
50 *Videas Griphian. de inſula. c. 25. n. 51. Io: Franc. purpur: conſ. 479. n. penul. Menoch. conſ. 901. n. 13. & n. 60. Io: Bapt. Seuer. in l. cunctos popul. C. de Sum. Trinit. Io: de Anania. in c. 2. de cler. ven. n. 5. Io. de Platea in §. flum. inſtit. 2. de rer diuiſ. Angel. de Perus. in l. final. ff. de vſucap. & conſ. 196. Franc. Balbum de preſcript. in 4. p. 5. p. princ. q. 6. n. 6. Andream Barbat. conſ. 38. n. 10. Roder. Suarez: alleg. 17. Zabarell. conſ. 40. Carol: Tappia. decis. 22. n. 6.*

Bo-

Boſcum. conſ. 458. n. 17. Fely: in c. de quarta. n. 41. de præſcriptio: Belag. in ſpec. Princ. rubr. 30. n. 2. Io: Bapt. Caccialup. in l. imperium. n. 45. & 48. ff. de iurisd. omn. iud. Iacobin. de S. Giorgio. de Feudis. verſ. duxque. n. 25. Reſtaur. Caſtal. in tract. de Imper. q. 8. n. 20. & q. 110. n. 850. Decian. conſ. 18. n. 314. Gottof. in praxi ciuili lib. 1. in tit. de conſtit. Princ. iure. c. ſi vaſſallus. Martin de de Carrarijs de Princ. q. 123. Pontan. diſcu. Hiſtor. lib. 2. c. 5. Muſcorn. de Iuriſdict. n. 129. Iacob Aluarot. c 1. n. 20. Ancharan. c. licet de probat. Domin. Geminian. c. vbi pericul. de elect. in 6. Aflict. c. 1. quæ ſint regal. Beſold. de iure territorij. c. 2. de iure, & diuiſ. rer. Gabriel. de acquir. rer. dom. concl. 3. 2. 10. Mart. Laud. de priuil. & reſcrip. q. 9. Rainal. l. ſane. ff. de iniurijs. Hieronym. Gig. de crim. leſę Maieſtat. n. 13. Ripa. l. 1. n. 8. ff. de adquir. poſſ: l. ſi inſulam. 22. de V. O. Claud. Cornel. Frāgip. conſ. in

L *bi-*

hiſtoria Alex. 3. Cirill. Michel. de Dom. Venet. Reipub. Burgum de Domin Reip. Ianuenſis. Io: Baptiſ. Scuro. inſtit. 2. tit 1.

* *
*

MA-

MARIS DOMINIVM

Quot Modis acquiratur.

Cap. Decimum.

PRobauimus in ſuperioribus æquè Mare ac tellurem dominio ſubijci; huius modò dominij veniunt perpendendi effectus, antequàm contrariorum ſatisfaciamus dificultatibus; Præmitendi etiàm modi, quibus huiuſmodi nanciſcamur dominium; quod dupliciexpediam capite.

Ad ſecundum igitùr, breuitèr reſpondeo quatuor modis acquiri poſſe Maris dominium: Occupatione, Præſcriptione, conſuetudine, priuilegio.

Occupatione: iuxtà notata in *l. ex hoc iure. 5. ff. de iuſtitia, & iure. l. 1. de acquir. rei domin. §. ſingulor. inſtit.*

2.*eod.* bona nullius, primo conceduntur occupanti; ſic aer; Mare, littora maris, feræ, piſces, volucres *§. & quidem. eod.*
Præſcriptione: quæ, ſuadente natura, introducta, nè rerum dominia in incerto manerent. *tit. de vſucap. & long. temp. præſcript. l. 1. ff. eod. l. final. ff. pro ſocio* Maris plantatur dominium, ſub cuius vmbra, intercluſa pyratica, cuiquè pateret liber nauigandi campus. eius titulus iuſtum bellum (intèr non recognoſcentes ſuperiorem, quorum arbiter ſolus Deus) quo fluunt, & refluūt Maris telluriſq: imperia. *Lex eſt ſempiterna inter homines* (dicebat Xenoph. 5. de inſtit. Cyri) *capta hoſtium vrbe, eorundem res atquè pecunias victori cedere.* & Plato de legibus. *bona, quæ victus habuit, omnia victoris fieri.* Idem apud Ariſt. pol. 1. *Lex velùt pactum quoddam comune eſt, quo, bello capta*

pta capientium fiunt. ex iſtis Caius *in l. naturalem. §. vlt. ff. de adquir. rer. dom.* compaginauit axioma *quæ ex hoſtibus capiuntur, iure gentium ſtatim capientium fiunt.*

Tertius modus eſt conſuetudo, & differt à præſcriptione, quia hæc odioſa, illa fauorabilis dicitur. per perſcriptionem, aliena, noſtra facimus; indè vſucapio, meliori, vocabulo dicitur vſurpatio ad rubricam, *in ff. de vſurpationibus*. Per conſuetudinem verò Domininm nanciſcimur earum rerum, quæ nullius ſtant ſubiectæ dominio. *Fach. lib. 8. c. 24. per l. ſane ff. de iniur.*

Priuilegio tandèm Maris acquiritur dominium, quandò penès concedentem ſit ſumma gladij poteſtas, regimem ſit abſolutũ ſuperiorem non recognoſcens. Duplex autèm eſt priuilegium, gratuitum ſcilicèt, & onerosum gratuitum quod à mera Princi-

pis prouenit liberallitate, nulla
meritorum facta conſideratio-
tione, quod ſicuti gratis datur,
gratis etiamvalet reuocari. One-
roſum illud eſt, quod non à Prin-
cipis liberalitate, ſed meritorũ
declaratur intuitu, vn-
dè cum non ad
libitum
poſi-
tum, nèc ad libi-
tum reuo-
catur.

DE EFFECTIBVS Dominij Maritimi.

Cap: Vndecimum.

QVemlibet in re ſua dominum eſſe moderatorem, & arbitrum voluit Imperator *l. in re mandata. C. mandati.* imò non ſolum vtendo, verum in abutendo dixit. I.C. *in l. ſed & ſi. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.* eum forſàm imitatus Xerſes Perſarum Rex, Helleſponto nauibus ſubacto, iniectoque ponte calcabat Maria. cumq. oborta tempeſtate, diſiectis nauibus pontem accenſus abſorbuiſſet Hele'pontus, iratus Xerſes mari compedes inyci, verbera infligi, ſtigmata inuri mandauit. *Herod. in Polym.* inſanis, tamẽ & irridenda ſuper-

bia. videamus igitùr vſquè dum protendatur Maris vtilitas, qua non abuti multum intereſt Reipublicæ *§. final. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*

Primus igitur effectus maritimi dominij eſt *piſcatus* (præter mitto brutis comunia vt bibere, veſci, lauare, natare &c.) eorum, quæ in mari naſcuntur, vti thymi, ceteriquè piſces prætio cōſiderabiles aut ratione quantitatis, aut ratione qualitatis, quorum piſcatio de more prohibita. Veniunt poſteà coralla, lapilli, & gemæ, quæ intèr Principum conumerantur regalia. Huius naturæ eſt ſuccinum, bituminis .ſ. genus ex ſaxis profluens, primum liquidum, ſed poſteà Maris frigiditate condenſatum. Boruſſiæ, illud ſibi ſoli vindicat Princeps *Oinotom. inſtit.* 2. §. *& quidem*.

Secundus effectus eſt determinatio

tio certæ nauigationis licitè imponenda ab eo qui mari dominatur, quæ vt plurimùm, contrahentium pactis, & conuentionibus firmatur putà inter victorem, & victum, vel etiàm æquè potentes. *Sic inter Reges accolas rubri Maris, & Egyptios conuenerat olim, nè Egyptij in id mare venirent vlla naui longa, oneraria non plus vna. Sic intèr Athenienſes, & Perſas Cimonis ætate placuerat, nè qua nauis medica armata intrà Cyaneas, & Chelidonia nauigaret: intrà Cyaneas, & Phaſelidem poſt prælium ad Salaminem: in annalibus inducijs Belli Peloponneſiaci, nè Lacedemonij nauigarent longis nauibus, ſed alijs nauigijs, quæ ferrent ponderis non amplius quingentis talentis: & primo fædere quod ſtatim ab exactis regibus Romani cum Carthaginenſibus fecerant, nè Romani Romanorumuè Socij, vltrà Pulchrum promontorium nauigarent,*

extra verò ſi tempeſtatis aut hoſtium vi impulſi eſſent, qui vt compulſi adueniſſent, nihil ſumerent præter neceſſaria, & intrà diem quintum abſcederent. Et in ſecundo fœdere nè Romani vltrà Pulchrum promontorium Maſſiam, & Tarſeium prædas agerent, mercatumuè irent. In pace cum Illyrijs nè Illyrij vltrà Leſſum pluribus quàm duobus lembis ijſque inermibus nauigarent. In pace cum Antiocho ne citrà Calycdanium, & Sarpedonem promontoria nauigarent extrà naues quæ ſtipendium, Legatos aut obſides portarent. Grotius de Bello. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 15. Poſt Bellũ Punicum tertium. *caſtigato Senatu Carthaginenſium: qui contrà fœdus exercitus, & nauales materias haberent.* Liui. lib. 48. *Simile eſt quod Sultanus Egypti, pacto cum Græcis facto impetrauit, vt ei ſemel anno duas naues trans Boſphorum mittere liceret.* Grotius in anot. ad c. 3 n. 15. *Antiochi olim pax, &*

hoc

hoc continebat nè is armatas naues haberet plures duodecim. Idem *Naues armatæ Adriaticum ſinum ingredi per Venetos vetantur ex pactis. Vide Thuannum lib.* 80. *an.* 1584

Tertius effectus eſt, imponendi vectigal poteſtas, ſumpto onere tuendæ nauigationis contrà pyratas; nocturnoque tempore ipſam breuium ſignis iuuandi; Tale fuit Erytræum apud Romanos *Plin. lib.* 19. Tale apud Byzantinos in Ponto. teſte. *Herodiano Seuero.* Idem apud Athænienſes, quando accepta Byzantio, teſte. *Demoſtene in Leptinem.* Nota etiam nomine vectigaliũ hic comprehendi portorium, Anchoraium, omneſquè Angarias, quæ nauigationis imponũtur intuitu. De Inſulis portoria exigebant Rhodij, de Pharo apud Alexandriam, idem. Vt apud Amianum. *lib.* 22. & Plinius *lib.* 6. *c* 22. quendam no-

mine Anniū Polcamum recenſet, qui Maris rubri à fiſco conduxerat vectigal. Idem apud Venetos Ciſalpinos teſte Cęſare. *In magno impetu maris atquè aperto, paucis portibus interiectis quos tenent ipſi, omnes ferè qui eodē mari vti conſueuerunt, habent vectigales.* *Florus de Romanis. Pudebat nobilem populum ablato mari, raptis inſulis, dare tributa quæ iubere conſueuerat.* Vectigalium exactioni aſiſtebat Matthæus, quando ſedētem in telonio traxit Chriſtus ad Apoſtolatum. Huiuſmodi vectigalia naturali innituntur rationi, & eſt quia Mare dicitur ſubdiſtrictu, & territorio vicinioris Ciuitatis vt vidimus in *c.4.* ergò ea, quæ exercētur in territorio, poterunt exerceri, & in mari: ſed in territorio ad honorem regiæ poteſtatis, ad defenſionem ſubditorum, ad itinera contra latrones, & de po-

pu-

pulatores cuſtodienda, licitè naturali, & D. iure poſſunt imponi gabellæ ergo eadem ratione, & in Mari.

Quartus effectus iſtius dominij eſt, nauigantibus ius dicere; delinquentes punire; in legum violatores, ſummã gladij exercere poteſtatem. Fundamentum eſt naturale, vt tutam reddat nauigationem omnibuſque patentem, abſquè enim huiuſmodi iuriſdictione fruſtraretur omne dominium, omne ius, nulla nauigatio. vide Plinium *lib.6. cap.23.* vbi de mari, quo in Indiam nauigatur, agens: *Omnibus annis nauigatur ſagitariorum cohortibus inpoſitis. Etenim pyratæ maximè infeſtant.*

Queres an pyratæ à priuatis poſſint inuadi, & maximè per eos, quibus illata eſt iniuria?

℞. Idem iuris eſſe in Mari ac in ſolo, tempore igitur, quo inuadun-

duntur etiam prò ſola rerum defenſione, vim vi repellere poſſunt *l.1. Cod. vnde vi. l.3. §. cum quis. ff. de vi. & vi. armata. leg. 45. §. 4. ff. ad leg aquiliam l. 4. eod. leg. 1. Cod. quando liceat vnicuique. cap. 2. de homic c. ſuſcepimus. 10. eod. cap. dilecto de ſententia excom. in 6.* poſt iniuriam verò receptam, ad vindictam arma ſumere naturali & diuino prohibitum iure; nullus enim iudex in cauſa propria, vel ſuorum *l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſdict. omn. iud.* nemo poteſt ſibi ius dicere, quia iudicia, quæ debent omni fraudis ſuſpicione carere *leg. apertiſſimis Cod. de iud. cap. inſcri. de præſumpt.* noſtrorum corrumperentur effectibus. *placuit de omnibus his iniurijs, ex legibus iudicium exerceri, non autem ex cuiuſque impetu atque arbitrio :* Demoſthe. in *Cononem: Idcirco iudiciorum vigor iuriſque publici tutela in medio conſtituta, nè quiſqam ſibi ipſi*

per-

permitere valeat vltionem. Imperatores Honor. & Theodoſ. in *leg. nulli. Cod. de Iudæis.* & Quintilianus. *Iniuriæ compenſatio non ſolum iuri inimica, ſed paci: eſt enim lex, forum, iudex, niſi quem iure vindicari pudet.*

(*,*)

DE OBLIGATIONIBVS
Tenentium ius in Mare.

Cap. XII.

NVllum in Orbe comodum, cui non reſpondeat incomodum, quanta ſit ex nauigatione vtilitas, dicat Iacobi Patriarchæ vaticinium de Zebulone filio *Geneſ. cap.*49. *Zebulon ad portum Marium habitabit, ipſe inquam ad portum marium, latuſque eius verſus Sidonem erit.* Idem repetit Moyſes in vltima ſua benedictione *Deut. cap.*3. *Zebulon, & Iſachar afluentium marium ſugent, & occulta, theſauros arenæ.* & Sapient. *cap.*14. *Nauigium cupiditas quæſtuum excogitauit.* Cicer. 2. *de natur. Deor. Nauigiorum curſibus ſuppeditantur omnes vndique*

ad vitam copiæ, plurimiſque rebus maritimis fruimur atquè vtimur, propter nauticarum rerum ſcientiam Theodoretus *orat. 2. de prouid. Per mare longinquas facimus peregrinationes, & ea quibus indigemus, à nobis inuicem petimus, ſimulque alijs, quæ ipſi neceſſaria ſunt, rependimus.* Ioſephus lib. 1. contrà Appion. *nihil nobis fuit priſcis temporibus, quo Grecis innoteſceremus, ſicut Aegyptijs merces quæ ab eis exportantur, & ad eos rursùs importantur itemque habitatoribus Phæniciæ maritimæ, contractibus negotijſquè incumbentes, lucri cupiditate.* Quamuis autem magna ſint maris, & nauigationis comoda, vndè dicat *Io: Schefferus lib.* 1. *c.* 1. *de militia nauali.* quod *Græci non celebres antequàm nauigationibus incumberẽt: nequè Romani antequàm imperium ſuum vltrà mare transferrent, crebriſque comercijs nomen ſuum latè per Orbem oſtentarent.*

Sic,

Sic, & in Aegypto Alexandria, in Africa Carthago; in Europa Byzantium; & vt ad recentiora veniamus, Venetiæ, Genua, in Italia; Maſſilia in Gallia: Antuerpia, Amſtelodamum in Germania ad ſummam nominis claritatem peruenerunt. Magna tamē quoquè pericula incommoda, & mala circumſtant nauigantes. Quid enim quæsò inconſtantius, quid imò violentius natura edidit, quam ventos, & maria, vbi tot ſyrtes, cæci & latentes ſcopuli, pyratæ, aliaquè aduerſa, quæ *maris caſus* Tacit. *annal.* 15. 46. vocat. hinc eſt, quam plurimùm vitæ prætio merces comparari. Veruntamen iſtorum incomodorum metu, non eſt fugienda nauigatio: cum etiam terreſtre iter ſua habeat incomoda. Agricola quidam fertur aliquandò ex nauta quæſiuiſſe, vbi parens eius, & auus mortem appetijſſent?

ſent? reſpondit nauta, vel in mari vel in naui: replicat ille, cur ergò mare, & nauem non reformidas? Nauta reponens, interrogauit ruſticum, vbi eius maiores obijſſēt? reſpōdit ruſticus? Domi & in lecto: cur ergò, inquit nauta, Domum & lectū non horres, ac refugis? Sic enim res ſe habet, terra marique pericula. *Flaccus lib. 2. Od. 13.*

Quid quiſq; vitet, nūquā homini ſatis
Cautum eſt in horas, nauita Boſphorum
Pænus perhorreſcit, neque vltra
cæca timet aliunde fata

Hæſiod. *lib. 1. oper & dier.*

Plena eſt terra malis, & plenum eſt æquor iiſdem.

Vt tamen iſta nauigationis incomoda, vel euitentur, vel minùs infeſta reddantur omnium clamant voces, eum, cui competit Maris Dominium, aduersùs huiuſ-

huiuſmodi pericula, certis Mare munire præſidijs: vti profundos tenere portus, pharos, & ignes nocturnos ad indicandum portum, tutumquè acceſſum; Signa arboribus vel lapidibus in fundo plantare, vndè Maris exploretur profunditas, puluini, ſyrtes, ac vada euitentur; cauere nè piſcatores noctu, lumine oſtenſo, fallant nauigantes; quaſi in portum aliquem delaturi, eoquè modo in periculum naues, & qui in eo ſunt deducant. *l.10. ff. de incen. ruin. nauf.* purgare tandem mare pyratis, nè nauigantes infeſtent, aut falſo lumine ad ſcopulos & in prædam allyciant. Non tamen ſemper numeroſa ac præpotens eſt habenda claſſis (Teſte Burgo) vt Maris retineamus dominiū, ſatis eſt facta occupatione, viribus pollere ad occurrendum pyratis, & cætera ſuprà enumerata

rata exercenda, ſemel enim acquiſitum, pace retentum, à vicinorum receptione firmatum non facto ampliùs, ſed iuri innititur. Faciliusquè retinentur, quàm acquirantur imperia. ea igitur ad Maris pertinent Dominum, cum ſecundum naturam ſit, eum ſequi incomoda, quem ſequuntur comoda.

l. ſecundum naturam. ff. de R. I. §. riparum de rerum diuiſione.

*

DA

ADVERSARIORVM

Argumenta è maris natura, deducta, ſoluuntur.

Cap. XIII.

VNdequaquè vallata quæſtio noſtra ex ſcripturis; legibus; Patrum, Scriptorumque teſtimonijs, & tandem rationibus; reſtat, vt prò maiori claritate, veritatē, aduerſariorum tentemus argumentis, quæ ex triplici fonte, per contrarios ſolent hauriri.

Primum igitur difficultatum caput, natura maris præſentat. ſecundum, comerciorum, & tranſitus comunis donat libertas. Tertium, tandem teſtimonia quorundam D.D. & Poetarum trunca tamen, & in cortice viſa delineant. ad primum.

1 arg. Natura maris eſt, quod ſit in cōtinuo fluxu, nec vmquàm in eodem ſtatu permanens, ſed ſemper nouam, poſt aliam, aquā præſentans. ergò ſi Mare reſpectu ſui numquàm idem, nec idē reſpectu domini. cōſeq. prob. dominiū dicítur accidens in inhæres ſubiecto. ergò ad mutationem ſubiecti, mutabitur, & dominium; ſubiectum ſempèr mutatur. Ergò, & dominium.
2 Dominij natura principalitèr conſiſtit in finium ac terminorū dictinctione; ob hoc enim ſtant introducta dominia, nè. ſ. comunis rerum interminata poſſeſſio diſcordias pareret *l. ex hoc iure. 5. ff. de iuſt. & iur.* hinc meritò terminum, *Iuſtitiæ Deum* vocitabant Romani. *Plutar. in Numa.* at in Mari huiuſmodi termini nec habentur, nec haberi poſſunt, repugnante illa magnitudine, & inhæxauſta abundatia tum ter-

terminorũ, tum dominij reſpe-
ctu.ergò. min: prop: vltrà ex pe-
rientiam rotundè regiſtrat Am-
broſ. Hexam. lib. 5. c. 10. *Geo-
metram audiuimus, Thalaſſometram
numquam audiuimus: & tamen pi-
ſces menſuras ſuas norunt.*

3 In tantùm iure gentium diſcre-
tæ ſunt gentes, regna condita,
dominia diſtincta, agris termini
poſiti l. 5. ex hoc iure ff. de iuſt.
& iure. in quantùm propter la-
pſum primi parentis terra ſpi-
nas, & tribulos germinans re-
manſiſſet inculta, quandò ho-
mines auiditate *mei*, & *tui*, quaſi
domin ij blãditijs ad culturæ, &
curæ labores nõ fuiſſent allecti.
*In ſudore vultus tui veſceris pane
tuo*. Geneſ. 1. ſed huiuſmodi ra-
tio in mari non vrget, cum tan-
ta ſit eius magnitudo vt omni-
bus, vltrà etiam ſaturitatem ſuf-
ficiat ad aquam hauriendam,
ad piſcatum, ad nauigationem.

Et-

Ergò ſuperfluum eius dominiũ imò repugnans: ceſſante enim ratione finali legis ceſſare legẽ docuit I. C. in *l. final: ff. ad Sylan.*
4 Ex Ferdinando Vaſquio, *lib. 2. controuerſ. c. 89. §. 30.* Maris comunio eſt de iure gentiũ primæuo; Iuſgẽtiũ primæuũ mutari nõ poteſt. *§. ſed natural. ij. de iur. na. gẽ. & ciu.* ergò nec Maris comunio poterit mutari. ma. prop. probatur. De iure gentiũ primæuo nõ ſolùm erant comunia Maria, aut æquora, ſed etiam reliquæ omnes res immobiles, & licèt ab eo iure poſteà receſsũ fuerit in parte, diuerſum tamèn fuit, & eſt in Dominio Maris quod ab origine Mundi ad hodiernũ vſquè diem fuit, & eſt ſempèr in comuni, nulla ex parte immutatum, vt eſt notum.
5 Ex eod. Vaſquio. Si Mare ſtaret dominio ſubiectum maximè ſub vmbra præſcriptionis: talis

præſcriptio non poteſt admitti. ergò mi. prob. nemo poteſt præſcribere contrà ſeipſum.: putà Veneta Reſpub. contrà ſeipſam non præſcribit. Reſp. Ianuenſium contrà ſemetipſam non præſcribit, ſic de ſingulis. Debet enim eſſe differentia intèr agentem, & patientem *l. ſequitur §. ſi viam. ff. de vſucapion. § ſic itaque. de action.* Ergò multo minùs in caſu maris valebit præſcriptio, nàm præſcribens præſcriberet contrà ſeipſum, etiàm enim antè præſcriptionem, cum mare ſit omnium comune, comuniter dominus erat.

6 Ex eod. Ius præſcriptionis eſt merè ciuile, ergò debet ceſſare quandò agitur intèr Principem & alium Principem, vel populum non recognoſcentem ſuperiorem, ſed cauſa regulis iuris gentium decidenda erit; at iure gentiũ mare eſt comune. Ergò.

7 Ex eod. §.35. *De iure naturali Diuino eſt illud præceptum, vt: quod tibi non vis, alteri non facias; vndè cum nauigatio nemini poſſit eſſe nociua, niſi, ipſi nauiganti, par eſt vt à nemine poſſit aut debeat impediri; nè in re, ſua natura libera, & permiſſa, ſibiquè minimè noxia nauigantium impediat libertatem, & lædat contrà dictum præceptum, & contrà regulam l. libertas ff. de ſtatu hominum. §. libertas de iure perſon. l. 1. & 2. ff. de homine lib. exhib. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. l. ſi quando. §. llud. C. de inoff. teſtam.*

8 Ex eod. *Omnia intelliguntur permiſſa, quæ non reperiuntur expreſsè prohibita l nec non. § quod eis ff. ex quib. cauſ. maior. & c. l. ſuper ſtatuas. C: de relig:* nauigatio comunis non reperitur prohibita. Ergò.

9 Ex eod. §. 35. Non ſolùm iure naturę prohibemur impedire nauigationem, verùm è contrà

eam comunem propugnàre tenemur: prodeſſe enìm tenemur ijs, quibus poſſumus cum id ſinè damno noſtro fieri poſſit; & ità edocèmur à Chriſto in Euangelio, dum calumniantibus iudæis die Sabbathi curàuit ægrotum.

Primi ſol. ℞ ad primum: dominiũ Maris non coſtitui ratione aquæ continuò fluentis, & arenam mutantis, ſed ratione arenæ, in qua fluit, & refluit aqua marina. hoc verò ſufficere ad fundandum dominium maris, facilè probatur exemplo fluminis, quod etiam ſi magis fluat, & mutetur, cum ſempèr ſtet in decliuo continuoquè fluxu, nèc vmquàm refluat, & redeat fluminis aqua, ad opoſitum maris, cuius aqua ſi fluit etiàm refluit, dominium tamèn ratione aluei recipiat *l. riparum. 5. ff. de rerum diuiſ. §. quod ſi 28. inſtit. 2. eod. l. inſula.*

inſula. 56. ff. de adquir. rer. dom. hinc inſulam in flumine natam occupantis fieri docuit Imperator in *§. inſula. eod.* hinc alueum à flumine relictum, propè ripā prædia poſſidentibus acquiri docuit *Paulus in l. inter eos. 29. ff. de aquir. rer. dom.* hinc idem *Paulus leg. 1. §. 4. ff. de flumin* diſferre à ceteris locis priuatis priuatum flumen reliquit. hinc Marcian. in *l. 7. ff. de diuerſ. temp. præſcript. ſi quis in publici fluminis diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus fuerit, alterum eodem iure: iure vti prohibere* reſcripſit, hinc Imper. *Fridericus lib. 5. Feudorum. tit. de iuri fiſci.* intèr regalia Principum cōnumerat flumina nauigabilia. Si igitùr flumen fluxili eius non repugnante natura ſtat ſub dominio, multò magis, & mare quod reſpectiuè ad flumen, *immotum ſtat, & quaſi deficientis in ſuo fine naturæ pigra mo-*

 les.

les, Senec. ſuaſ. 1. & ſi ſeptenarijs horis gradiendo ſibi oppoſita aſportat, totidem retrocedendo reportat.

2 Auget, etiàm, quod maria, & flumina dicuntur ad cõuertentiam, vndè quod aſſeritur de vno, & concludendum de altero. *congregationeſque aquarum appellauit maria. Geneſ.* 1. flumina etiàm ſi fluxilia dominio iunguntur. Ergò, & mare.

3 Idem probant Euangeliſtæ, quandò eorum Lucas *c.* 5 lacũ Tyberiadis appellauit, *ſtagnum*: Matth. verò *c.* 4. nominauit *mare* ibi. *Ambulans autem Ieſus iuxta mare Galileæ.* paritèr Marcus *c.* 1. *& præteriens ſecus mare Galileæ*, Lucas tamèn ſempèr *ſtagnum* vocauit. *& ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth*. iterùm. *& vidit duas naues ſtantes ſecùs ſtagnum.* en ergò quod dicuntur ad conuertentiam; videamus Lyranum ſuper

Euangelium Lucæ. *Et ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth. Lacus magnus eſt, per quem tranſit Iordanis fluuius, & quià ibi extenduntur aquæ in latitudine magna aliquandò vocatur ſtagnum, aliquandò lacus, & aliquandò Mare ſecundùm modum loquendi hebraicum, quià omnis congregatio aquarum vocatur Mare, ſecundùm illud Geneſ. 1. congregationeſquè aquarum appellauit maria.* hoc idem voluit Plinius Iunior *lib. 6. c. 7.* quandò paludem Meotidem matrem maris, ſeù Ponti appellauit. *Indè Meotis lacus in Europa dictus.* paulò infrà. *Tanaim ipſum, Scythę Sylin vocant; Meotin Temerinda, quod ſignificat matrem maris.* dicuntur igitùr ad conuertentiam flumina, lacus, maria: quod ſi aliquo ſigno diſcriminentur, ſolùm ſit penès maiorem aquarum exuberantiã quæ tamen dominio non obſtat, titulo occupationis acquirendo.

Videas Platonem in *Phædone* vbì ipſum Oceanum vnùm ex quatuor fluminibus è barathro ſurgentibus depinxit. *Proindè ſunt, & alia multa, & magna variaq; fluenta. ſed præcipua quatuor. Quorum quidem maximum terram inundãs Oceanus appellatur; alijs vero tribus per ſubterranea, & deſerta loca fluentibus, & ad tartarea refluentibus.* Sic etiàm apud Geograffos, ab vno vocatur lacus, ab altero dicitur Mare, Meotidem *paluden* dixit *Ianſſonius* cum multis alijs. *Mar delle Zabacche, & Mar della Tana.* dixerunt. *Ioſeph Roſacius*, & alij.

4 Auget etiam quod tantũ abeſt vt aquæ mutatio obſtet dominio vt potiùs, & vrgentiùs ex aqua continuò fluente arguatur dominium quàm ex alueo perpetuò manente. Prò cuius veritate videas Iuſtinianum in §.23. *quod ſi naturali alueo de rer. diu.* ſi flu

mẽ

mē *naturali relicto alueo ad aliā p tr-tem fluere cœperit: prior quidem alueus eorum eſt qui propè ripam prædia poſſident, nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius, & ipſum flumen eſt, ideſt publicus, quod ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui propè ripam eius prædia poſſident*. Ergò tantùm abeſt, Quod aquæ mutatio dominio obſtet, vt potiùs è contrà dominium introdùcat. conſequentia facilè prob. poſſidentes agros propè flumen non habebant ius contrà agrum tertij, antequàm flumen mutaret alueum, poſtquàm verò flumen agrum tertij occupauerit, etiàm ſi flumen recedat dicuntur habere ius contrà illum agrum, in quem non habebant antequàm aquæ mutatio ſuperinduceret nouum dominium. Ergò ab aquæ mutatione potiùs domi-

 nium,

nium, quàm negatio dominij.
5 Confirmatur. habentes agrum propè flumen, non acquirunt ius contrà agrum tertij, ratione aluei, ſed ratione aquæ locum mutantis: aqua enim fluens eſt, quæ primariò occupati agri portat dominium; etiàm ſi poſteà ratione riparum aquæ cohærentium huic vel illi aſſignetur dominium, iàm vi aquæ fluentis acquiſitum; Ergò potiùs ex parte aquæ fluentis, quàm aluei permanentis ſe tenet Dominum. Ergò talis mutatio non obſtat dominio.
6 Confirmatur Dominium vſuſfructus cadit etiàm in rebus vſu conſumptibilibus, vtilitèr ſaltèm loquendo. §. 2. *conſtituitur de vſufr.* Ergò mutatio, imò conſumptio dominio non obſtat.
7 Confirmatur eſſentia mutui eſt vt ad differentiam comodati, dominium rei mutuatæ trāſferat

ferat; hinc numquàm res mutuata eadem numero reſtituitur, ſed tantum in ſpecie; è contrà verò in comodato ſemper idem numero datum repetitur. *tit. quib. mod. re contrah. oblig.* hinc res mutuatæ ſi pereant, ipſi mutuario tamquam domino, non mutuanti pereunt; ad differentiam comodati vbi commodatum comodanti non comodatario perit. *§. item is. cod.* vnaquequè enim res quæ perit, ſuo domino perire debet. *l. 9. C. de pignor. actione.* modò ſubſumò minorem, mutuum vltrà quod dominium rei mutuatæ tranſferat, neceſſariò exigit vt conſtituatur in ſolis rebus, quarum vſus conſiſtat in fluxu, mutatione, & abuſu. *citat. titul.* ergò abuſus, fluxus, & mutatio Dominio non obſtant.

8 Confirmatur. In aerem, non obſtante fluxibilitate & maiori,

quàm in aqua datur dominium conclamantibus omnibus, ſi non ratione ſui, ſaltem ratione fundi contermini, & tamquam aluei aerem continentis. *§. æquè 2. de actionibus.* hinc orta iura, altius tollendi ædificia. *leg. 1. ff. de ſeruit. vrbanis.* officiendi luminibus vicini. *l. 2. ff. eod.* proſpectui officiendi *l. 3. eod.* & ſimilia: hinc tàm ſoli, quàm Cæli menſuram eſſe faciendam in opere nouo. reſcripſit Pomponius. *in leg. 21. ſi opus. §. 2. ff quod vi aut clam.* ergò ſi aeris fluxus, dominio non reluctatur, multò minùs aquarum fluxus, illo minor, dominio reluctabitur.

9 Confirmatur. argum. Seldeni. naturaliter fluitantia; eadem ſemper dicuntur perſeuerare iure ciuili. ergò etiam ſi aqua maris naturaliter fluat, ciuiliter tamē idem ſemper dicetur Mare. aňs prob. exemplo Domus,

quæ

quæ toties reſecta, vt nec primæ partis appareat veſtigium, ſemper tamen manet ſub eodem dominio, eademquè dicitur *leg. cetera.41. §.item.9.& ſequent.ff.de leg.1. §. ædibus. 19. inſtit.2. de legatis.*

10 Confirmatur exemplo gregis, cuius proprietas perpetua dicitur, eiuſquè æternum dominiũ, quià ſemper in locum demortuorum capitum alia ſubſtituũtur. §.*ſed ſi gregis 38. de rerum diuiſ. leg. ſi cum 21. §.1. de except. rei iudic.* Sic etiam in locum fluentium aquarum ſemper nouas natura ſubſtituit.

11 Confirmatur exemplo riparum numquàm in eodem ſtatu permanentium. ſemper enim flumen noui aliquid adiungit, vel aufert. §. *præterea 20. de rer. diuiſ.* indè vulgare proloquium: flumina tenere vim iudicum, nàm modò dant, modò auferunt.

runt. *l ergo §. alluuio. ff. de adquir. rer. domin.* eorum tamen dominium perpetuum, & æternum.
12 Confirmatur exemplo ferarum arte manſuetarum, quarum dominium durat, quouſque retineant conſuetudinem eundi, & reuertendi. *§. pauonum 15. de rerum diuiſ. leg. ſi pauonem. 37. ff. de furtis.* at eadem conſuetudo fluendi, & refluendi in aqua marina naturalis eſt, & æterna. ergò eius dominium naturale, & æternum.
13 Confirmatur aqua marina eo modo mutatur & currit, quo mutantur ſferæ continuò currentes ſemper tamen circa centrum in ſuaquè linea, exemplo Solis in Eclitica voluentis. ſed huiuſmodi ſferarum motus non arguit mutationem; ergò nec fluxus aquæ marinæ ſemper ad eandem refluentis arenam arguet mutationem.

Con-

14 Confirmatur exemplo Athæ-nienſium apud quos, teſte *Plutarc. in Thæſeo.* Thæſei nauis qua cum pueris nauigauerat in Cretam, & qua rurſus in patriam ſeruatus eſt, eadem ſemper dicebatur vſque ad Demetrij tempora, etiam ſi vetuſtis lignis ſubtractis, alia quotidiè noua ac valida conijcerentur atque coaptarentur.

15 Confirmatur exemplo Inſulæ legatæ, cuius dominium à die mortis teſtatoris ciuiliter cenſetur translatum dominium in legatarium *l. à titio 64. ff. de furtis.* §. 2. *ſed olim de legatis.* quæ etiam ſi tota deſtruatur, vt & nomen perdat, adhuc ratione dominij, per actionem realem, id quod ſupereſt, etiam ſi nomen Inſulæ non habeat, & inſula legata fuerit, peti poteſt. *l. ſi grege.* 22. *ff. de leg.* 1. *leg. qui res.* 98. §. *aream ff. de ſolut.* ergò ſi deſtructio, quæ

cum

cum re, & nomen deſtruit, non obſtat dominio, multò minùs mutatio.

16 Confirmatur exemplo vniuerſitatis, de qua Vlpianus in *leg. ſicut. 7. §. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. In decurionibus vel alijs vniuerſitatibus nihil refert, Vtrùm omnes idem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati ſint.* ergò à pari in aquarum fluxu.

17 Confirmatur teſtimonio Alfeni in *leg. proponebatur. 76. ff. de iudic. proponebatur ex his iudicibus, qui in eandem rem dati eſſent, nonnullos cauſa audita excuſatos eſſe, inquè eorum locum alios eſſe ſumptos: & quærebatur ſingulorum iudicum mutatio eandem rem, an aliud iudicium feciſſet: reſpondi, non modo ſi vnus, aut alter, ſed etſi omnes iudices mutati eßent, tamèn & rem eandem, & iudicium idem, quòd anteà fuißet, permanere: nequè in hoc ſolum euenire vt partibus comutatis eadem res eße*

eſſe exiſtimaretur, ſed, & in multis ceteris rebus: nam & legionem eandem haberi, ex qua multi deceſſiſſent, quorum in locum alij ſubiecti eſſent: & populum eundem putari hoc tempore, qui ab hinc centum annis fuiſſent, cum ex illis nemo nunc viueret: itemque nauem, ſi adeò ſepè refecta eſſet, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominùs eandem nauem eſſe exiſtimari. Quod ſi quis putaret partibus comutatis, aliam rem fieri: fore, vt ex eius ratione nos ipſi non idem eſſemus, qui ab hinc anno fuiſſemus: propterea quod, vt philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimis conſtitueremus, hæ quotidiè ex noſtro corpore decederent, aliæque extrinſecus in earum locum accederent. quapropter cuius rei ſpeties eadem conſiſteret, rem quoque eandem eſſe exiſtimari.

18 Confirmatur. Dominium duo tangit poſſidentem .ſ. & rem poſſeſſam. *leg. ſequitur.* §. *ſi viam.* *ff. de*

ff. de vſucapio: §. *ſic itaque. de actionib.* ſed mutatio non obſtat poſſidenti. ergò. nec rei poſſeſſæ. conſequen. prob. poſſidens tenet nobiliorem locum in dominij viridario, quam res poſſeſſa; hæc enim patiens ille agens. ſi igitur poſſidenti non obſtat mutatio, nec obſtabit poſſeſſo. Poſſidenti verò non obſtare facilè prob. per continuatam tranſmiſſionem aſcendentium in poſteros æternatur familia, perpetuatur agnatio; inceſſanti perſonarum mutatione, eiuſdem rei conſolidatur dominium, reuiuiſcit proprietas; hinc hæredem & defunctum vnicam cenſeri perſonam, reſcripſit Imperator in *leg. final. Cod. de impub.* *Iulianus in l. 62. hæreditas de R. I.* hinc decedente parente, nouum per filios non acquiri rerum paternarum dominium, ſed tantum vetus continuari, iuris fictione

vo-

voluit Tribonianus in §. *ſui* 2. *de hæred. qual. & diſer.* tantum igitùr abeſt vt mutatio dominio repugnet, vt potiùs ipſum conſeruet.
19 Confirmatur Si mutatio dominium tolleret, rerumque fluxus imperium reſpueret, nullum dominium agnoſceret Orbis, qualis enim creatura ſiuè poſsidens, ſiue poſſeſſa quę ęterni fluxus non adſtringatur gabella? quandò vnquàm germinarunt ſemina, niſi præcedente corruptione conſurgerent, vndè moriendo reſurgerent? primum reptile animæ viuentis Sumus Opifex ab aquarum reuocauit fluxu. *Geneſ.* 1. vt Mundi animam, vniuerſi nexum fluxu inſuflari, varietate ligari ſignaret. Hinc non viuimus niſi moriendo. Menſque noſtra inuiolabili ſociatæ fædere mors enaſcentes, pari gradu in ſtadio currentes, non ſegregantur; quàm

quàm exitiali diuortio ad nouæ vitæ conſortium. Indè Seneca *Epiſtola 58. nemo eſt qui manè fuit pridiè. copora noſtra rapiuntur flumi-num more, quidquid vides currit cum tempore. Nihil ex his quæ videmus, manet: ego ipſe, dum loquor mutari iſta, mutatus ſum.*

℞. ad ſecundum. Quod carentia terminorum non impedit poſitionem dominij, alioquin Lybia, & Aegyptus non poſſent eſſe in proprietate, cum in arenis Lybiæ nulli ſint limites propter ventorum procellas, & arenarum fluctus. Sic quandò Nilus inundat, qualeſcumque agrorum terminos tollit; numquam ſtabiles perpetuóſque ſinens, vt eruditè obſeruauit. Burgus. c. 11.

Obijtio. Replicat Granſuuinchel. *iſtæ arenæ, loca iſta deſerta non ſunt in cuiuſquam poteſtate aut proprietate, & tamen alicui priuato dominio*

ſubie-

ſubiecta eſſe poſſent : tantundem de Dominio Maris.cap.xi. contrà Burgum.

Contra : loca iſta deſerta poſſunt ſubijci dominio priuato, & idem in Mari venit per Granſuuinchel replicandum, ceſſat igitur contentio. Habeo quod volo.

℟. 2. Granſuuinchel; *Terra quà coli potuit, facta eſt dominij priuati: Mare non eſt factum dominij priuati, vt nec fieri potuit: Priuatum dominium, priuatos limites requirit.*

℟. 2. ad priuatum dominium non hæc neceſſaria, teſte experientià in ſupradictis. verum gratis do, priuatos requiri limites; nego tamen iſtos deficere: ijdem enim termini, qui reperiuntur in ſolo, habentur, & in aquis; cur enim littora non erunt legitimi fines, quibus maritimi dominij ſuſtineatur diſtinctio? quemadmodum vepræs, foſſæ, antemiſ-

ſarum

ſatum arborum ordo, maceriæ, & alia, quæ ab agrimenſoribus ſtant parata. Cur etiam eminentes ſcopuli, breuia, aduerſa inuicèm promontoria, Inſulæ hinc & indè ſurgentes, quæ tanquam viridaria florent, cur non erunt ſuficiētes termini, quibus aquarum ſecernatur dominium? ridet Seldenus, cachinantur ſcriptores, quando termini negantur in mari etenim.

Mille iacent mediæ, difuſa per æquora, terræ.

Innumeri ſurgunt ſcopuli, monteſquè per altum.

quibus, ſingularis dominantiū maritima delineatur poteſtas.

2 Nonnè Mare penè infinita ſortitur nomina, iuxta litorum diuerſitatem, quæ, continuò recadendò, adorat? fluit Venetias, & ſubito refluendo, Venetum Gulphum per multa milliaria deſignamus. Lyguriam

cur-

currit, & per aliquale ſpatium retrocedendo, Lyguſticum cõfitemur, ſic de ſingulis.

3 Confirmatur nonnè omnium recepta ſententia, quod ſaltèm vſquè ad centum milliaria, in vicinum mare, protendatur adiacentium populorum ius? D. D. ad *c. vbi periculum, de elect. in 6.* en ergò terminus.

4 Confirmatur nonnè comunis ſententia, quod in mari ſtent regna diſtincta, territoria diuerſa, terminata iura, multiplicatæ iuriſditiones? nulli dubium: quali termino? Promontorijs, ſcopulis, inſulis, lineis immaginarijs, & ſimilibus: ſic erit, & dominium.

5 Item: nonnè nauta quantumuis altò feratur pelago, nauticæ pixidis, aſtrolabij, & hydographicæ tabulæ adiumento, locum in quo verſatur, quorſum tendat, quantum à terra diſtet, cognoſcit?

ſcit? nonne ſicut Tellurem ità, & Oceanum per æquatorem Tropicos cancri, & capricorni; circulos Articum, & Antarticum, infinitos meridianos, ac parallelos, fictis lineis diuidere ſolent Geographi Hydrographiquè ſimul? quid ſibi petunt antiquæ, & hodiernæ tabulæ, ſpecioſo illo titulo. *Accurata Totius Orbis Geographica, & Hydrographica deſcriptio?* quid ſibi vult *ſcalla illa milliarium?* qua tum longitudinis tum latitudinis per quirimus menſuras.

6 Confirmatur ex. *Emanuele Meterano lib. 28. rerum Beligicarum* an. 1608. quo teſte initum fædus inter Auſtriacos, & Federatos Belgiæ ordines, puris terminis Tropicorum Cancri, & Capricorni eſt conſumatum.

7 Idem voluere magnæ Britanniæ, & Hiſpaniarum Reges. an. 1630. vt videre eſt apud Seldenum.

8 Mo-

8 Modus antiquis etiã familiaris vt notat *Polyb. de legat. c. 35. Liuius Dec. 4. lib. 8.* Romani, & Antiochus Syriæ Rex inito fœdere, vtriuſque dominij limina recluſere inter Sarpedon, Calycdanum Ciliciæ Promontoria.
9 Idem voluere Alexander VI. etiam de cõſilio Cardinalium, Regiſquè Catholici Procuratorum, quando ficta linea à Polo Artico ad Antarcticum vt tollerentur diſſidia inter Caſtellanos, & Luſitanos, vtriſque nauigandi modũ prçſcripſit. *Laert. Cherub. Bull. tom. 1. p. 393.* indè *Hieronymus de monte tract. de finib. reg. c. 78.* Termini in Cælo, & aere poſiti (inquit) ſunt tẽpore Alexandri Papæ 6. intèr Luſitanos ſiuè Portugallenſes, & Caſtellanos, diuidendo inſulas Indiæ tunc nouiter repertas, per lineas graduum Cæli, & quidquid reperiebatur à parte Ori-

entali erat Portugalenſium, & à parte Occidentali erat Caſtellanorum.

10 Nonne teſte, *Plutar. in vita Cimonis* promiſere Perſæ, *temperaturum à Græco mari, quantum eſt equi curſus. ſ. intrà Cyaneos atque Chelidonios longa naui ferroquè roſtrata non fore* Regem *nauigaturū.*

11 Confirmatur Mare Iſraëliticū claudebatur intra montē Hor, & Egypti fluuium. *numer. c. 34.* Inſulæ Cyaneæ, & Chelidoniæ fuere termini Perſarum nauigationi per Cimonem impoſiti. Sarpedon, & Calycdamus in Antiochum Syriæ Regem. Pulchrum promontoriū terminus fuit vltrà quem ex inito cum Carthaginenſibus fædere, non licebat nauigare Romanis. *Polyb.* Lacinium promontorium in extremis Italiæ finibus inter Petiliam, & Crotonem in mare excurrens, Ioniumque dirimens

mens ab Adriatico ſuit terminus, vltrà quem, ex pacto cum Tarentinis fœdere, nefas erat nauigare Romanis. *Grotius de iure Belli lib.2.3.§.15. in addition.* Sardinia terminus extraneis per Carthaginēſes poſitus, vltra quē nauigare, pena capitis *Strabo lib. 17.* Corcyra, terminus Veneti maritimi Imperij intra quam armatis nauigare nauigijs nefas. *Grotius ibid.*

His poſitis ℞. ad Diuum Ambroſium, quandò habet Geometram audiuiſſe, nòn verò Thalaſſometrā, luſū eſſe vocabulorū contra eos, qui varijs antris omnium genera propagabant piſcium: non enim latuit Ambroſio, quæ de ſua ſcientia iactitant Geometræ, taliaquè decantari inſtrumenta, vt videre eſt apud. *Proclum in lib. 1. Euclidis lib. 2. c. 3. Locorum* (inquit) *ſitus cognitos fecit. Menſuras iuē itinerū tam*

per mare, quam per terram. & Cl. Ptolom. Geographiæ lib. 1. c. 1 *Geographia imitatio eſt per deſignationem totius cogniti Orbis, cum ijs quæ ferè vniuerſaliter ſibi iunguntur.* nonnè Mundi centrum. ſ. terra dicitur corpus rotundum, ad cuius rotunditatem accedit, & aqua, vnde terra, & aqua ſimul conflent huiuſmodi circulare centrum? patet, & probatur *à Io: de ſacro Buſto. c. 1. de ſphæra.* experientia nauis exeuntis è portu, quæ ſi elongetur in altum, longius videbitur ab exiſtente in pinaculo turris, quàm ab exiſtẽte iuxta pedẽ; eiuſdem igitur rationis cum terra: videas, *Marinum*, videas *Ptolomeum*, apud quos longitudinẽ latitudinem habebis tam in terra quam in mari. Nonnè terra qua ſphæra eſt, ideſt, quatenus aquis commixta *in 360. partibus, qui dicuntur gradus diſtribuitur. Philippus Cluuer-*

uerrius c.7: lib. 1. *introduct.Geograph.* nonnè apud eundem in c.10. *vſque ad* 14. ijſdem lineis depingitur mare, quibus eſt deſcripta terra. videas. *Petrum de Medina de arte nauigandi*, quanta iactitant circa quantitatiuum nauigationis iter. Seſoſtres Egypti, & Darius Perſarum Reges coniungere mare Egyptiacum ſunt conati. teſte, *Cathar.com.ad c.* 1. *Geneſi Baſilius. homil.* 4. vel cum Plinio *lib. 6. natur. hiſt. c.* 29. Nilum fluuium cum Mari Rubro: & quæſo quomodò hoc poſſibile, quãdo ridicula Thalaſſometrica inſtrumenta?

12 Mare habet terminos vndè penè infinita ſortiatur nomina; ergò etiam vt in ipſum Dominemur. conſ: euidẽter probatur. nominibus maris, correſpondet tale ſignificatum vt nominata maria valeãt cognoſci diſtincta. V.g. Mediterraneum ipſum dicimus

cimus *quod per fretum Herculeum infunditur: procurrens inter Europam Aſiamque minorem* ſiniſtras, & Africam dexteram; ac Occidente. in Orientem, *ad oras vſquè Syriæ: c. 7. Paul. Merul. de maribus.* intrà igitur fretum Herculeum Mare dicitur Mediteraneum, & diſtinguitur à Mari, quod fluit vltra fretum quia illud dicitur *Mare Atlanticum*. Ianſſonius. en igitur comunis terminus duorum marium. ſ. Fretum Herculeum intrà, terminat Mediterraneum, extrtà Atlãticum *Mare*, igitur, *terminos habet*. Baſilius *homil. in diuites auaros*, *&* Senec. ſuas. lib. 1. *maria intrà terminos ſuos agitantur*.

3. Sol. ℞ ad tertium concedendo poſt lapſum hominis regna condita, dominia diſtincta, agris terminos poſitos nè terra remanſiſſet inculta; negamus verò maris vſu præter ſubiectionem

nem dominij hominem poſſe frui. Quis enim contrà piratas, & prædones gladij exercebit poteſtatem, quandò pænès vnum non ſit rei ſumma poteſtas? omnia confuſa, proſtituta iura, ſublata quies; *nam ſi is, qui paßus eſt iniuriam, vltionem ſumet, tranſibit malum ab hoc ad illum velùt ſaltu quodam, & iniuſtiæ iniuſtia ſuccedet. Quippè ſi hoc iure poſito concedis ei, qui malum pertulit, vindicare in eum qui fecit, ſequitur vt rurſus ab hoc ad illum ſe referat vltio, eſt enim iuſtum, par vtrique parti. Si id ità eſt, quid nobis feciſti Iuppiter, iuſtitiam ex iniurijs conflatam? & quo procedet vbi verò ſtabit hoc malū?* Maximus Tyrius *in dißertat*. an referenda iniuria. Quoaduſque in Mare non imperaret Minos, in mari Græco qualis nauigatio? reſpondet Thucidides lib. 1. *nam & Græci olim, & Barbarorum quicumque*

in continente maritimi erant, quique inſulas incolebant, vbi cæperunt crebrius alij ad alios nauibus tranſire, ad latrocinium conuerſi ſunt ducibus non tenuiſſimis, tum ſui quæſtus, tum infirmorum victus gratia. Atquè adorti vrbes muro vacantes, vicatimquè habitantes diripiebant, ac maximam victus partem hinc comparabant, quod illud opus nondum pudori eßet, quinimo gloriam quandam afferret. Quod declarant tum quidam etiã nunc in continente, quibus decori eſt hoc benè exercere, tum vetuſtiſſimi poetę, apud quos illi vltrò citroquè nauigantes interrogantur, num latrones ſint: quæ res declarat nec interrogatos operis pudere, nec eos qui ſcire ſtudeant, exprobrare. Et in mediterraneis etiam homines mutuò predantur, & adhuc pleraque in Græcia vetuſtus mos colitur, vtì apud Locros, qui vocantur Ozolæ, & Etolos, & Acarnanas, & hanc ipſam continentem. Quin etiam arma ferre apud

hos, ex vetere latrocinio permanſit. Omnis enim Græcia arma geſtabat, quod videlicet nec penates munitionibus cincti, nec dificiles mutuo incurſiones eſſent, vitamque aſſiduè ſub armis agebant ritu Barbarorum. Atquè ex Gentibus Græciæ adhuc ità viuentibus, publicam hanc inter omnes aliquando viuendi conſuetudinem fuiſſe conijcitur. Inter eos primi Athænienſes ferrum depoſuerunt, & ex illo ſoluto vitę genere in lautius tranſierunt. & infrà. *At vetuſtæ Vrbes propter aſſiduam latronum infeſtationem procul à mari ſunt ſitæ, ſiuè in inſulis ſiuè in continente, quià quæ deorſum ad mare vrbes erant ignaræ rei maritimæ mutuo ſe ſe ſpoliabant, & adhuc muris carent. Nec minus latrocinabantur qui ex inſulis erant Cares, Phænicesquè. Nam hi inſularum plurimas incolebant &c. Minoe autem re nautica potito, liberiùs vltrò citroquè nauigatum eſt, ſublatis ab eo inſularum predonibus, in-*

earumquè pleraſquè deductis ab eò-dem colonijs, maritimi homines iam magis conficiendæ pecuniæ dediti tutius habitauerunt, & inter eos quidam, vt ditiores effecti muris vrbē circumdedere hoc verò quomodò factū? potēti claſſe. Claſſis per quos alenda, cuſtodes in portubus, Luminaria in promontorijs, nautæ ad ſuccurrendum caſu naufragij, portus conſeruandi, phari inſtruendi, littora reſarcienda, Quo ære? niſi vectigalibus, quæ à nauigantibus exiguntur dominij titulo, publico introducta fauore. Dicta igitur onera, & incomoda æquiparantur nè culturæ, & curæ? cuius vmbra, Telluris decantamus dominium? longè ſuperant: cur ergò ipſorum cauſa dominium non concedimus. Maris negato dominio, eius nullus vſus, minima nauigatio.

Confirm: quarè ab illa tam felici

ſocietate, qua erant *omnia communia* indiuiſa omnibus, cunctiſquè vnicum patrimonium? bonorum malorumquè cognitio, maxima iunctos tenebat ſimplicitas, cuius argumentum ſit nuditas, quandò plantatum genus humanum: erat in illis magis ignorantia vitiorum quam cognitio virtutis. *Vetuſtiſſimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoquè ſine pœna aut coercitionibus agebant*. Tacit. & Senec. ep. 90. *ignorantia rerum innocentes erant. multum autem intereſt, vtrum peccare aliquis nolit, an neſciat. Deerat illis iuſtitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his virtutibus habebat ſimilia quædam rudis vita.* & Salomon Eccleſ. 7. 30. *Deus creauit hominem rectum, id eſt ſimplicem, ſed ipſi quæſiuerunt ſibi cogitationes multas.* & Senec. epiſt. 90. *Sed poſtquam ſurrepentibus vitijs, in*

tyrranidem regna verſa ſunt : opus eſſe cœpit legibus. antè enim. *nec erat cuiquam aut animus in iniuriam, aut cauſa: cum benè imperanti benè pareretur, nihilquè Rex maius minari malè parentibus poſſet, quam vt abiret è regno.* cauſa igitur diſcedendi à comunitate primæua non alia quam iuſtitiæ & amoris defectus, vndè cuncta cogitatione cordis intenta ad malum omni tempore, pęnituit Deum, quod hominem in terra feciſſet. *Geneſ.6.* nec multò poſt catachlyſmum, cum terra eſſet labij vnius, & ſermonum eorundem, creſcente ſuperbia, & auiditate dominandi, cogitarunt turrim errigere, cuius culmen ad Cælum pertingeret, & niſi Dominus eorum cōfundiſſet linguas, à cogitationibus ſuis non deſtitiſſent, donec eas opere complenuiſſent. *Geneſ.* xi. 6. Labijs igitur confuſis, *diſperſit eos Domi-*
nus

nus ſuper faciem cunctarum regio-num. ibid. nec contenti cortici-bus arborum, ferarumuè pelli-bus veſtitu, veſci ſponte natis, antra habitare, ſugerente indu-ſtria; compaginatæ ſũt Caſæ, ex-tructæ Domus, primuſquè Noe plantauit vineam, cui dedit na-turam, ſed eius ignorauit poten-tiam. Quippe vinum nec ſuo pepercit auctori. *Ambroſ. in lib. de Elia, & ieiunio c.* 4. *&* 5. manebat antequam vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas: nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere. non eſſet hodiè ſeruitus, ſi ebrie-tas non fuiſſet. Obrepſerat qui-dem iam fraternæ prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Le-ſa pietas eſt, dum ridetur ebrie-tas, &c. idem vt refertur in *c. ſex-to die d.* 35. inuidia igitur ambi-tione ſurrepentibus, in tyrrani-

dem potentioribus verſis, introducta ſunt bella, diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſſiti, ædificia collata, comercia, emptiones venditiones, cæteriquè contractus, in quibus non terram verùm, & Cælum prætio tractamus. *tam ſoli quam Cæli eſt facienda menſura.* dicit Pomponius in *leg. ſi opus ff. quod vi aut clam leg. penult. ff. pro ſocio.* his poſitis cur mare, cuius vſus nullus reſiſtente pirata, non poterit ſub legibus poni. *poſtquam ſurrepentibus vitijs in tyrranidem verſa ſunt regna: opus eſſe cæpit legibus:* Senec. epiſt. 90. nec dicas pyraticam comuni poſſe deſtrui dominio: *Roma enim vt condita eſt, duos fratres ſimul Reges habere non potuit, & parricidio dedicatur. In apibus princeps vnus eſt, grues vnam ſequuntur ordine litterario: Imperator vnus, Iudex vnus Prouinciæ.*

Hic.

Hieronymus ad Ruſticum mona-chum epiſt.4.

4[i].ſol. ℞.ad quartum negando mi-norem: ratio? quià finis introdu-cendi dominia non alius, niſi vt euitarentur diſcordiæ, quæ ſi fuere inter primos fratres, inter Sanctiſſimos viros Abraham & Loth, multò magis vrgere poſſunt noſtris temporibus. *Intellexi enim ſeculũ noſtrũ, non nouis vitijs, ſed iam antiquitùs laborare; nec noſtra ætate primum auaritiam, venas terrarum lapidumquè rimatam, in tenebris malè obſtruſa quæſiſſe, illi quoquè maiores noſtri, quos celebramus laudibus, quibus diſſimiles quærimur nos eſſe, ſpe ducti, montes ceciderunt, & ſupra lucrum ſub ruina ſteterunt. Antè Philippum Macedonem Reges fuere qui pecuniam in altiſſimis vſquè latebris ſequerẽtur, & relicto ſpiritu libero, in illos ſe demitterent ſpecus, in quos nullum noctium dierumquè perueniret diſcrimen, & à tergo lucem*

re-

relinquerent. Quæ tanta ſpes fuit. Quæ tanta neceſſitas hominem ad ſidera erectum incuruauit, & deſudit, & in fundum telluris intimæ merſit, vt erueret aurum, non minore periculum quærendum, quam poſſidendum. Senec. natur. quæſt. lib. 5. c. 15. noſtris temporibus diceret Hippocrates in epiſtola ad Damagetum. *Nihil differunt homines à ludo puerorum, qui nihil conſilio per ætatem agunt, ſed quæ ſibi iucunda videntur, per cupiditatem tantum ſequuntur, à brutis animalibus ſeparantur, Nam animalia bruta, cum ſuæ cupiditatis ſatura ſunt, prò tempore quieſcunt, nec vt plus habeant, querunt. Nullus vnquam Leo humi aurum abſcondit. Sitit aper, quouſquè aqua ſatur ſit. Lupus quoad ſe expleat, deuorat, ſed poſtmodum quieſcit. Pardus vltrà expectationem nibil tunc vlterius quærit. Taurus paſcendo expletus a pabulo deſiſtit. At homini vt ſe expleat, nec dies,*

nec

nec noctes ſatis ſunt. ab iſtis verò dominia, *per iniquitatem* inter mortales eſt facta diuiſio. *Clemens in epiſtola.5.* huiuſmodi, & alia aſsignantur ab expoſitoribus, cum queritur cur Regna condita? Dominia diſtincta? applica ad mare.

Vrgebis fortius quid tibi videretur ſi exteri mare tibi vicinum, quod breuium ſignis, luminibus appoſitis, vigilantibus triremibus ſecurum reddis, tempore piſcatus venientes exhauſtum redderēt excluſis accolis, maximè in margaritis, corallibus, & ſimilibus, quę ſi frequentius turbentur, omnimodè eradicantur, totumquè exhauritur mare. experientia apud Indos, apud quos, Hiſpanorum auiditate, ex nimia piſcatus frequentia, margaritarum exinanitæ ſunt radices. *Bartolom. dalla Caſa. Iſtor. della deſtrutione dell'Indie*

Occidentali. Inſuper nonnè verum apud omnes nationes certis, & deſignatis temporibus prohibitum eſſe piſcatum? verum, nè, ſi tollerentur tempore generationis, piſcium genera deſtruerentur. ad quid tamen tot leges, cautelæ, & diligentiæ, ſi valeret illa ratio quod maris abundantia inexauſta.

℞. ad quartum primò mare non ſolum acquiri præſcriptione; ſed etiam occupatione, priuilegio, conſuetudine, vndè ma. prop. eſt falſa.

℞. 2. non preſcribi mare quà communiter poſſeſſum: ſic enim peteret quod intus haberet §. 6. *de legatis*. §. *ſi ſeruus. de noxalibus actionibus*. Sed præſcribi quà non ſingulare, & vnius domini. exēplum ſit in ſeruo cōmuni, in vſufructuario, vſuario contra fundi proprietatem. § 5. *de vſucapionib.* in cohęredibus vel ſocijs. gloſ. in

leg.

leg. ſi maior C. comuni diuidundo, l. ſi filius de pet. hæred. l. qui alien. ff de adquir. hæred.

℞. ad ſextum. Non plus, & ipſum probare, quando enim Principes præſcriptionis deſtituerentur titulo, quot Regna erubeſcerent iure nudata? Præſcriptiones ſunt tamquam folia ficus, quibus ſibi fecere perizomata primi, vt velarent pudenda: abſit ergò quod retegerentur dominia. Propter bonum publicum inductam fuiſſe præſcriptionem dixit *in leg. 1. ff. de vſucapion.* nè rerum .ſ. dominia diù in incerto manerent, contrà eos, qui rerum ſuarum curam negligerent contrà quos, & Solon pœnam olim ſtatuerat. *Plutarch. in Solone*. Cautum etiam apud Romanos, vt *Gell. lib. 4. Noctium atticarum. cap. 12.* refert, eum, qui indiligenter agrum ſuum tractaſſet, vel ſordeſcere paſ-

paſſus fuiſſet, nota cenſoria puniendum. Præſcriptionem, & *Plato* legitimam voluit: vnde ſcribit. *lib.* 12. *de legibus*. *In rebus ambiguis ſpatium temporis ad præſcriptionem determinandum eſt. De Domibus quidem & agris nulla hac ratione diſceptatio erit. Aliarum verò rerum ſi qua à quoquam habetur, iſque in Vrbe, foro, ſacris, apertè anno integro, re illa vſus fuerit, atquè hunc non occuluiſſe conſtet: nec quiſquam interea quamuis quærens eam exegerit, nemini liceat; deindè rem illam quaſi ſuam repoſcere. Verum ſi non in vrbe ſed in agris manifeſtè vtatur, nec in annis quinque rei Dominus compertus ſit, quinquenio exacto repeti nequeat.* &c. puniendam eſſe negligentiam ac ſoccordiam eorum, qui res ſuas tanto tempore non requiſierũt, Quod diligentis patris familias eſſe. ſcribunt *Ariſtoteles Aeconom. Cato, Varo, & Columella de re ruſtica,*

ſtica. Vrget etiam, & fortior ratio ob quam naturali iuri conſentanea, inducta dicitur præſcriptio, vt litibus ſcilicet aliquando imponeretur finis *l. fin. ff. prò ſuo.* hac de cauſa *finem ſolicitudinis* vſucapionem dicit *Cicero pro Cecina*. indè *Martialis lib.* 10. *epigr.* 47. hæc ſunt quæ vitam beatiorem faciunt.

Res non parta labore, ſed relicta.
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nulla &c.

2 Ob hoc, toto in Orbe eſt comuniter recepta pręſcriptio, nè rei, per multorum iam euagatæ manus, vindicatio, prætextu alicuius exoleti tituli, grauibus infinitiſque contentionibus vexaret Rempublicam. Indè non ſolum in foro fori, ſed etiam in foro poli Sanctorum conſenſu libenter reccepta fuit. 16. *q.* 3. *c. placuit.* 16. *q.* 3. per totum. Iure Imperiali vt in titulo. *ff. de vſucapion.*

pion. C. de præſcription. Iure Francorum, quo omnia præſcriptibilia tempore 30. annorum præſcribuntur. *Nicol. Boer decis.* 182. *n.* 12. Iure Hiſpanico. teſte *Piccardo.* Iure Veneto *Statut. Venet.* Iure Olandiæ, & Veſtfriſiæ. *Arnol. Vinn. inſtitut. lib.* 2. *tit.* 6. Iure Zelandiæ, vbi aduerſus præſentes annis viginti; aduerſus abſẽtes, triginta annorum ſpatio res ſoli certo iure vſucapiuntur. *c.* 2. *ſtat. Zeladiæ. ar.* 2. ſimile dicas de ceteris nationibus, à quibus omnibus vnanimiter eſt reccepta præſcriptio, licet varient in tẽporum aſſignatione, vndè vix aliquid certum ſecundum hodiernos mores definiri poſſit. Modò ſi interrogaret quo iure ſit introducta præſcriptio? reſponderem *fundamentaliter* iure naturæ; quia nil magis naturæ conſonum quàm pax, cuius gratia eſt introducta præſcriptio mul-

multò antè Romanorum tempora. *M. Aurel: Galuan. de vſuf. c. xi. n. 2. ex Iſÿdoro lib. 5. Origin. c. 5. Origo antiquiſſima, cum ea ſit primùm à Solone excogitata: certè in vſu fuit apud Athænienſes veteres, vt liquet ex Archidamo Iſocratis; & Dioniſio Halicar. in eiuſdem Iſocratis vita; quapropter, & Plato Athenienſis philoſophus eam ex vſibus vt ſolet Athenienſium, in ſuam inuexit, ſicut apud eum legitur. lib. 12. de legibus. Ab Athenienſibus venit ad Romanos, apud quos Decemuiri eam in leges 12. tabularum tranſcripſerũt; quod adnotauit Theophilus ad princ. tit. 1. de vſucap.* ex his apparet fundamentum præſcriptionis non originatum iure ciuili, ſed iure gentium: *origine* igitur iuriſgentium. *forma*, verò, & *modo*, iuris ciuilis propter temporum diuerſitatem, quam ſibi quælibet particularis conſtituit Ciuitas; vndè quemad-

mo-

modum contractus origine dicuntur iuris gentium, forma verò iuris ciuilis, Idem adamuſſim replicarem de præſcriptione.
3 Confirmatur Vndê venit quod ab hoſtibus capti, & per conſequens eorum ſerui iure gentium facti, iure etiam diuino approbante. 1.*Corint.* 7. 21. *Deuter. c.* 15. *exod. c.* 21. *Leuit. c.* 25. *vbi de formis* ſeruitutis apud Hæbreos. *add. Bodin.* 1. *de Repub. c.* 5. *Connan.* 2. *comm.* 1. Et Imper. *ad* §. *ſerui. de iure perſon.* §. *item ea.* 17. *de rer. diuiſ.* hodiè inter Chriſtianos vt ſerui non perſeuerent? non alia ratione, niſi quia antè ſecula aliquot Chriſtianæ fraternitatis cauſa ius illud exoleſcere cæpit, & præſcriptione inter Gentes eſt firmata. Suarez. de legib. lib. 2. cap. 20.
4 Itèm nonnè verum quod Venerãdæ Romanæ Eccleſiæ nullum præter Dæum in ſpiritualibus

libus nec temporalibus, reco-
gnoſcentis ſuperiorem, præſcri-
ptione tolluntur iura? tex. eſt
in *l. final. C. de Sacroſ. Eccles. c. ne
mo. 17. 16. q. 3.* nonnè iura fide-
litatis, & Vaſſallagia tam con-
trà vaſſallum, quam contrà do-
minum poſsunt præſcribi? ità
Gloſ: & D.D. in *c. 1. §. præterea.
de capitul. Corandi. l. ſi quis empt. C.
de præſcrip. 3c. ann.*
5 Præſcribuntur comunia vt ius
piſcandi in flumine *leg. ſi quiſ-
quam. 7. ff. de diuerſ. & tempor. præ-
ſcript.* præſcribuntur liberi ho-
mines *leg. cum ſcimus. 22. §. cum
autem C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*
vbi liberi homines item, & eius
filij ex longa poſſeſſione fun-
do & ſeruituti mancipantur.
6 Nonne in temporalibus tam
aduerſus Papam, quam contrà
Imperatorem poſſe præſcribi
comuniter reſcripſerunt. Doct.
Barthol. in l. hoſtes. ff. de capt. Baldus

in leg. 1. num. 22. & 25. Cod. de ſer. Felyn. in cap. cum non liceat. c. cum nobis de præſcript. eo quia immemorialis præſcriptio æquiparatur veritati. *leg. 1. Cod. de ſeruit leg. ſi pupillus ad finem. ff. de admin. tut.* Item æquiualet pacto. *leg. 2. & quod ibi notat Gloſ. Cod. de dot. prom.* Imò fortius operatur quam pactum, ſicuti ex pluribus docuit. *Felyn in cap. cum acceſſiſſent. num. 48. de conſtit.* hoc tamen intelligas de præſcriptione immemorabili quià per eam ſolàm præſcribuntur Regalia. *cap ſuper quibuſdam §. præterea, de V. S. leg. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.* vide *Crauet. conſil.* 10. *num. 11. Boſſium in titul. de Regal. num. 21. Roland. à Valle. conſil. 59. num. 17. Cephal. conſil. 468. num. 61. Menoch. 9. num. 65.*

12. ad ſeptimum, octauum, nõnum ex ſupradictis magis elucere caritatem in titulo dominij, quo

tuta

tuta redditur nauigatio contrà piratas, quam ſi mare Principum deſtitutum regimine latronibus relinqueretur apertum, vndè diutius graſſari poſſent in mercibus prænternauigantium. Hinc replicarem cum Seneca. *epiſtol.* 90. nil regés maius malum minari potuiſſe, quā vt abirent è Regno.

Dices ex Maris dominio ſequitur quod ad libitum dominorum, vſus portuum & litorum valeat interdici; portubus & litoribus interdictis ſtant ſuſpenſa comercia iure gentium Sacroſancta: ergò.

Confirmatur. Ius gentium ſemper abhorruit prohibitionem, vſum litorum & portuum interdicentem, tamquam ſacrilegum deteſtandum abuſum. hiſtoriam dat *Thucidides lib.* 1. & *Diod. ſicul. lib.* 12. *de Megarienſibus contrà Athænienſes*. confirmat *Sigonius*

*lib.*20. *de regno Italiæ*. exemplo Bononienſium in Venetos. Hiſpanorum in Occidentales Indos. *Franciſcus Victoria de Indis tractat.*2.§.2. qui virgiliano ſuſſurantes carmine declamant.

Quod genus hoc hominum, quæuè
hunc tam barbara morem
Permittit Patria? hoſpitio prohibemur arenæ.

3 Confirmatur. ex *Numer.*20. & refertur à Gratiano. *cauſ.*23.*q.*2. *cap. notandum. notandum eſt ſanè, quemadmodum iuſta bella gerebantur à filijs Iſrael contrà Amorrhæos, Innoxius enim tranſitus denegabatur, qui iure humanæ ſocietatis æquiſſimo parere debebat.*

℞. ad primum. Comerciorum libertatem minimè tolli maris dominio, imò augeri, & accreſci vt ſupra patet, non enim negamus comercia ſed ipſa volumus; litora, & portus non recludimus, omnibus pacatè venienti-

bus

bus, patentia damus, quando tamen in ſignum ſupremi dominij, gabellas prò onere triremiũ, cuſtodum, & luminum ſoluant. Iter non dicitur dominio ſublatum, etſi vectigalibus ſubiectũ, quamplurimiſquè conditionibus ſubditum; ſi igitur in terra ſtant ſimul dñium itineris, eiuſdemquè libertas nõ obſtãtibus, vectigalibus, quare nõ in Mari?

Replicat *Granſuuinchel. cap.* 12. contrà Burgum. *Veriſſimè vectigalia, quæ terreſtribus itineribus imponuntur, officiunt libertati comerciorum. Imò & quæ fluminibus.*

Contrà. de facto toto in Orbe terreſtri itineri vectigalia imponuntur, ergò vel licita vel totus Mundus malè facit. audias Ambroſium. in *cap. magnum.* 28. *cauſ.* 11. *quæſt.* 1. *Si cenſum. Dei filius ſoluit, qui tu tantus es, qui non putes eſse ſoluendum?* & Hier. *in Matt.* 17. *Dominus noſter, & ſecun-*

dum carnem, & ſecundum ſpiritum filius Regis erat, vel ex Dauidis ſtirpe generatus, vel Omnipotentis patris Verbum, ergo tributa quaſi Regum filius non debebat: ſed qui humilitatem carnis aſſumpſerat, debuit adimplere omnem iuſtitiam. ergò huiuſmodi vectigalia iuſta ſunt, iuxtaquè dictamen rectæ rationis imponuntur; iuxtà illud *Prouerb.8. Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.*

Apertius tandem apparet ex *Matt.* 22. cum magna inter Iudeos eſſet concertatio, forent nè vectigalia ſoluenda? quibuſdam affirmantibus, eſſe Romanis vectigalia ſoluenda eò quià illis obedirent, atquè ab illis gubernarentur; alijs verò iudicantibus. Iudæos filios Abrahæ, qui ſacrificijs, decimis, & primitijs vero Deo deſeruirent, non teneri Paganis vectigalia ſoluere, miſerũt Phariſæi diſcipulos ſuos cum He-

Herodianis ad Chriſtum, vt interrogarent eum, liceret *cenſum dare Cæſari, an non? cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait: quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus, &c.* (pecunia quæ ad illum finem ab ipſiſmet Iudæis cudebatur.) dicens *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ ſunt Dei Deo*. Vbi quamuis miro artificio, illorum eluſerit fraudes; eodem etiam tempore docuit, & Principibus vectigalia, & Dei miniſtris decimas offerendas: dicens: *Reddite quæ ſunt Cæſaris; Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*. Vbi *Chryſ. & Euthym. obſeruant* non dixiſſe Chriſtum *date*, ſed *reddite*. Damus enim, quæ non debemus; reddimus verò quæ debemus, vt in illa parabola Euangelica, in qua Dominus à ſuo ſeruo debita exigit, eſt videre. *Redde* (enim ait) *quod debes* Reddite *ergo omnibus debita: cui tribu-*

tum, tributum: cui vectigal, vectigal. Paulus ad Rom. 13.

Dices: ſi hoc foret verum (Granſuuinchel) ſequeretur quòd ex Hollandia Genuam nauigantes tenerentur ſoluere vectigal Comiti Flandriæ, Regi Angliæ, Regi Galliæ, Regi Hiſpaniæ, Principibus Africæ, & Regi Feſſæ, Marrocano Tunetano, nemo in hac ſententia præter Burgum. ergò.

℞. quod non defendo Burgum, & ſi defenderem, facile reſponderem ex poſitis à Burgo, non vltra ſequi quam quod in qualibet regione loci eſt ſeruanda conſuetudo: cui ſeruimus, vt magis liberè nauigare valeamus. *Cic. de legibus.* habet *Tribonianus in* §. 3. *de ſatiſdactione tut. vel cur.* quemlibet conciuem etſi inuitum, etiam filium familias contradicente patre; tutorem licitè deſignari: at quomodò, nonnè habet

bet Imperator in *l.nec emere. Cod. de iure deliber.* neminem poſſe cogi ad contrahendum? Facilè tamen ſoluitur dicendo, quod actus ille legis violenta pietas nominari ſolet, qua pupillorum ſtudemus indemnitati. Sic cogimus non retardamus nauigationem, ipſam tuemur, etſi aliquatenus ad licita vectigalia fugientem piè violentemus; non vltrà in mari tentando, quam vrgeamus in terra ſub vmbra legis, Rerum, & perſonarum Reginæ, ſimulquè filiorum ſuorum ſpeculatricis nè exterorum moribus corrupti, comerciorũ delectum in ſui retorquerent odium. *Ariſtot. Polit. 7. cap. 6.* non enim omnium expediunt comercia, cum *Gentium diuerſarum comixtio varios mores confundere, & peregrinorum cum peregrinis conſuetudo plurimum ſoleat innouare, Plato de legibus. 12.* hac de cauſa

vſque ad hanc diem Chinenſes populi omni arte præclari intrà mœnia exteros non recipiunt. *Io: Boter. lib. 2. p. 238.* ità etiam conſueuere Romani cum Perſis inito fædere. *leg 4. Cod. de Mercatoribus. Mercatores tam imperio noſtro, quam Perſarum Regi ſubiectos, vltrà ea loca in quibus fæderis tempore cum memorata natione nobis cōuenit, nundinas exercere, minimè oportet, nè alieni regni (quod non conuenit) ſcrutentur arcana.* Secundum de Megarienſibus retorquetur in ipſum. *Decretum*, enim, *Athenienſibus erat, foro comeatibus & portubus arcere Megarenſes, qui demum eius rei difficultate compulſi, ad Spartiatarum auxilia confugere, Sicul. lib. 12.* Lacedemonij Megarenſium poſtulatis aſſenſi, ſtatim iuſſerunt Athænienſibus abrogari decretum, per ipſos contrà Megarenſes vulgatum. Qualis tamen exitus? Athænien-

nienſes qui iam *Maris erant imperio potiti* Sicul. & *iam ad maritimi imperij ſummam vindicandam aſpirabant*; omnibus primum diligenter percurſis, ſtatuere decretum nullo modo abrogandum, imò bellum cum Lacedemonijs vltrò Laceſſentibus ſuſcipere, ſuſceptum ad decem annos ſuſtinere, tandem comuni compoſitione pacato bello, ſocietatem ſimul contraxere, qua excluſis ſocijs, ius Athænienſibus Lacedemoniſq; erat, *quodcumque ſibi collibuiſſet adijcere, detrahære vè fæderibus*. Sicul. en igitur adprobatum decretum Athænienſiũ in Megarienſes etiam per Lacędemonios: Sic Bononienſium in Venetos, qualis euentus? Quod per Venetos illis conceſſum certam ſolum aſportare quantitatem Salis & frumenti, quæ iuſta Venetis videretur ad pura alimenta ſolius Ciuitatis Bono-

niæ idem *Sigonius lib.20.num.50. anno.1247.*

Ad tertium Reſpondet Gloſſa in *cit. cap.notandum.* licet enim tranſire per alienum agrũ ius non ſit. vt *ed.1.c.1.tamẽ quia neceſſarius & innoxius erat iſte tranſitus, iſti prohiberi non debuerunt.* in mari verò negato vectigali non dicitur innocuus tranſitus: Maris enim fructus aut in vectigalibus aut in piſcatu. Sic Rex Polonus dominiũ ad Succini piſcatũ, & ſuperioritatem in ſuo habet mari. teſte *Io:Botero lib.1.Europæ.p.171.* Sic in Hyſpania Dux Medinæ Sidoniæ ſui maris Iuriſdictionẽ prætio octuaginta mill. ducat. piſcatoribus annuatim locat. Sic ibidem Dux *de Arco* dictus. 20.mill. *Io: Boter. lib.1. Europ.p.5.*

℞. Secundò. quod Domino præeunte pacificè petebant terram promiſſam, quæ denegari non poterat tamquam ab vniuerſali

legiſlatore illis deſignata.

℞. Tertiò. Amorrhæorum Regem in ore gladij ab Iſraelitis percuſſum, quia non ſolum prohibuit tranſitum, ſed etiam iuit obuiam eis, vt debellaret, vnde illi ſtabant intra ſolius defenſionis limina. *Dicunt enim Hæbræi quòd ipſe recipiebat tributum à Chananæis qui habitabant terram promiſſionis, vt impediret tranſitum filiorum Iſrael ad eos; & ideò non ſolum tranſitum prohibuit, ſed etiam iuit eis obuiam ad debellandum eos.* Nicol. de Lyra. in verb. *qui concedere noluit.* dici etiam poteſt quod nuncius Iſraelitarum ad Regem Ammorrhæorum fuit quidam prætextus ad pugnandum, nam etiam ſi conceſſiſset tranſitum; alia inueniſsent vt poſſent pugnare contra eum: Alphons. Toſtat. num. 1. c. 21. *Quod igitur miſerint Iſraelitæ nuncios ad Regem Sehon fuit quidam modus coloratus,*

loratus, vt haberent occaſionem pugnandi contrà ipſum, cum ipſe non concederet tranſitum: tamen quomodocumquè Deus erat daturus Iſraelitis terram illam, ideò indurauit cor Regis, vt non concederet illis tranſitum, & vt pugnaret contrà illos. Et patet hoc, quià antequam mitterent Iſraelitæ nuncios, dixit Deus Moyſi: eccè ego tradidi Regem Sehon, & terram eius in manu tua: incipe poſſidere, & comitte aduerſus eum, prælium. Et poſtea iuſsum eſt, quod mitterentur nuncij: & ſubiungitur, quod Rex Sehon noluit acquieſcere, quià Dominus indurauerat cor eius, vt traderetur in manus Iſrael Deuter. c. 2. non fuerat autem ſic factũ, de Idumæis, & Moabitis: nam ad eos miſerunt Iſraelitæ nuntios, vt permitterent tranſitum per terram ſuam, & repugnauerunt primò Idumæi. præced. capit. imò occurrerunt armati Iſraelitis, ſed nõ pugnauerũt cõtrà eos Iſraelitæ recedentes ab eis, poſteà verò conceſſerunt

ſerunt introitum. Sic etiam factum eſt cum Moabitis. nam à principio nõ conceſſerunt introitum vt patet Deuter. 23. & tamen Iſraelitæ non pugnauerunt contrà eos; immò quamquam ipſi conduxiſſent Balaam maleficum ad maledicendum Iſraelitis, & decepiſſent eos ducentes ad ſacrificia per virgines poſitas apud caſtra Hæbreorum, vt patet infra. c. 5. tamen numquam contrà eos pugnauerunt. Contrà Ammorrhæos autem iuſſit Deus, vt diſponerentur ad pugnam etiam priuſquam aliquid facerent Amorrhæi: ideò hoc ſolum erat, quia Deus volebat tradere terram iſtam in manus hæbræorum, & non volebat tradere terram Moabitarum, nec Idumæorum, ideò indurauit Deus cor Regis Sehon, vt non concederet tranſitum per terram ſuam, & ſic Iudæi poſſent pugnare cõtrà eum: & tamen dato quod conceſſiſſent tranſitum, aliquis alius modus fuiſſet ad pugnandum contrà eum.

AR-

ARGVMENTA

Ab auctoritate deducta contrà Dominium Maris reijciuntur.

Caput 14.

1 OBijc: primò ex pſ. 94. *v.* 5. vbi Dauid. *quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud.* Ergo dominium maris apud ſolū Deū reperitur. ſol. ℟. Deum dupliciter conſiderari iure. ſ. creationis vtì dominum, *alto* potentem dominio, dicunt. I. C. & vtì Legislatorem rebus ſtantibus, prout ſtant. Hoc ſecundo modo nulla diſtinctio iudæi vel Græci, non eſt recceptio perſonarū apud Deū, omnibus vnus, & æqualis eſt iudex, nec hoc titulo legislatoris, bona mea

reduplicatiuè mea non valet alteri ad libitum dare. Si verò iure creationis cõſideretur, quo omnia liberè condidit, ſuſtinet, & conſeruat, nulli dubiũ quod vtì cuncta ex nihilo condidit, ità ad nihilum reducere valet quo titulo reſpectu Dei, non meum non tuum, omnia ſua. Et ſi quærant quo titulo à nobis poſſeſſa? dicas, minimè retineri dominij titulo, imò nec comodati prætextu, ſed ſolum præcarij: cuius natura eſt, vt ad libitum concedentis, nulla etiam ſuperueniente cauſa valeant reuocari conceſſa; hocquè in contradictorio dominij, cuius titulo quilibet in re ſua dominus moderator, & arbiter. *l. in re mandata. C. mandati* etiã in abutẽdo, *l. ſed, & ſi §. cõſul. ff. de petit. hæred.* & per conſequens abſquè ſua culpa minimè priuandus. *l. nemo ff. de R. I.* Illùd etiam in contrapoſitione comodati

ob dati

dati cuius ea eſt natura, vt non repetatur, niſi tranſacto tempore præfinito. Mortales igitur reſpectu Dei iure creationis dominatis, conſideranti dicuntur poſſidere bona temporalia eo modo quo Fratres Franciſcani, Pontificis diſpenſatione permittuntur retinere monaſteria, à quibus cauſa etiam non exiſtente per eundem valent excomeari. *Abbas Panor:* Quando verò cantat pſal: *quoniam ipſius eſt mare, &c.* loquitur de Deo iure creationis conſiderato, quo titulo non ſolùm mare verum terra, & cacumina montium in manu eius. Indè Proph. eodverſiculo concludit. *quoniam ipſius eſt mare & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauerunt* idem præmiſerat in antecedenti verſiculo *quia in manu eius ſunt omnes nes terræ: & altitudines montium ipſius ſunt.* quod credo, imò idem

dominium terræ Deo competens, volo replicandum in mari. *Domini eſt terra, & plenitudo eius, Orbis terrarũ, & vniuerſi qui habitãt in eo. pſal 33. tui ſunt Cęli, & tua eſt terra, Orbem terrę, & plenitudinem eius tu fundaſti. Aquilonem, & Mare tu creaſti. pſal.* 88. Imò ipſe Deus in *pſal. 49. non accipiam de Domo tua vitulos, nequè de gregibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt omnæs feræ ſiluarum iumenta in montibus, & boues.* en igitur reſpectu Dei creantis non meum non tuum, omnia *ſua.* quis tamen negabit reſpectu Dei iudicantis meum tuum donando ſuum. *in ſudore vultus tui, veſceris pane tuo Geneſ.* 1. tellurem nonnè nobis concedis conceſſam? cur ergò excipis Mare?

2 Obij: 2. ex Martiano in *l.* 2. §. 1. *ff. de rerum diuiſion. Et quidem naturali iure omnium comunia ſunt illa: aer, aqua profluens*

&

& Mare, & per hoc littora maris, &c in *l.* 4. eodem. *nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa dum tamen à Villis, ædifitijs, & monumentis ſe abſtineat: quià non ſunt iuris gentium ſicut eſt mare. Idquè, & Diuus Pius piſcatoribus Formianis, & Capenatis reſcripſit.* idem replicauit Tribonianus in §. 2. *inſtit. eod.*

3 Idem apud *Celſum* in *l. litora* §. 1. *ff. ne quid in loco publico Maris comunẽ vſum hominibus omnibus vt aeris.*

Confirmatur ex Vlpiano in *l. venditor* 13. *ff. communia præd. Mari quod natura omnibus patet, ſeruitus priuata lege imponi non poteſt.*

5 Idem voluit in *l. iniuriarum.* 13. §. 7. *ff. de iniurijs. Et quidem mare commune eſt omnium, ſicuti, & aer. & eſt ſæpiſſimè reſcriptum, non poſſe quem piſcari prohiberi, ſed nec accupari, niſi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi poteſt. Vſurpatum tamen & hoc eſt, tametſi nullo iure,*

vt quis prohiberi poſſit antè ædes meas, vel prætorium meum piſcari. Quarè ſi quis prohibeatur, adhuc etiam iniuriarum agi poteſt.

6 Idem voluit Neratius in *l. 14. quod in littore. ff. de adquir. rer. dom. Quod in litore quis ædificauerit eius erit; nam litora publica non ità ſunt, vt ea quæ in patrimonio ſunt populi: ſed vt ea, quæ primum à natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium peruenerunt.*

7 Idem rotundis verbis faſſus eſt Antoninus in *l. 9. ff. ad l. Rhod. de iactu.* quando conſultus ab Eudimione Nicomedienſe circà naufragium quod paſſus erat in Italico Mari, reſpondit. *Ego quidem mundi Dominus, lex aut maris.* en ergò quod maris dominium & ſi oblatum ſibi Imperator arrogare non audet.

Hæc ſunt aduerſariorũ fundamenta, quæ quidem in ſuperficie concludere videntur, funditùs

tamen

tamen conſiderata, parui ſunt ponderis.

Reſponderem igitur primò cum Petro Gregorio Tholos. lib. 29. c. 10. n. 2. quod *ſolent litora, & maria eis adiacentia leges quaſdam iure ſuo conſtituere: quales pleræquè & vtiliſſimæ in Amorica ſeu Britannia: & nullus ferè fluuius nauigabilis, nullumuè pelagus, quibus non ſit quædam ex conſuetudine vſurpata lex à iure comuni, & Rhodienſium diuerſa. Quarè illæ potius in locis, quibus dictæ ſunt, ſeruandæ erunt.* hoc ſenſu reſpondit Antoninus Cæſar Eudimioni. *ego quidem mundi dominus, lex autem maris.* ſ. cuiuslibet regionis propria ſeruetur lex. Verũ, nè timore obiectorum, Imperialem legem effugere videar, & ſi non omne ius gentium, & naturale ex corpore Iuſtinianeo eruendũ. Reſpondeo mare comune dici reſpectu priuatorum, quibus, om-

nibus

nibus eadem eſt nauigandi piſcandique poteſtas: non verò reſpectu Principũ, penès quos nè ſubditi huiuſmodì abutantur comunione, neceſſariò maris debet eſſe dominium. Hoc voluit Vlpianus quando ſcripſit in *l.13. venditor. ff com. præd. mari quod natura omnibus patet, ſeruitus, priuata lege imponi non poteſt.* vi enim præpotẽtium (vt de more) vſurpatũ erat, teſte Vlpiano in *l. iniuriarum. ff. de iniurijs*, etiàm ſi nullo iure, vt quis prohiberi poſſet antè ædes meas, vel prætorium meum piſcari: contrà iſtos, quià lex deſpicit nullos, nè miſeros quidem *Nouel. 89. tit. quib. mod. natur. effic ſui.* declamat Vlpianus: mare comune eſt omnium ſicuti aer, vndè etiã ſi hoc vſurpatum quià tamèn nullo iure, nemo etiàm antè ædes meas poterit piſcari prohiberi, & ſi prohibeatur, iniuriarum agi poteſt.

quod

quod enim *non ratione introductum eſt, ſed errore primùm, deindè conſuetudine obtentum, in alijs ſimilibus nõ obtineat.* Celſus *in l. quod non* 39. *ff. de legibus & Paulus in l.* 14. *eod. quod contrà rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequẽtiam.* ſic intelliguntur iura, quibus mare dicitur comune, aliàs non potuiſſet legislator de mari condere legem, lex enim ſempèr verſatur circà legislatori ſubiecta *c. à nobis de ſenten. excomũ. l. cunctos popul. C. de ſum. Trini. & fide cathol.* hinc eſt quod in ſubiecto litore ædificare non licet abſquè prætoris decreto. *l. quamuis* 50. *ff. de adquir. rer. domin.* hinc eſt à Principe eſſe impetrandũ, vt quis in loco publico poſſit ædificare. *l.* 2. §. 16. *ff. ne quid in loc pub.* hæc ſunt argumenta, quibus intèr Principum regalia mare concluditur. Vlpianũ videas in *l. inter publica.* 17. §. 1. *ff. de V. S. pu-*

de-

blica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit; quale eſt vectigal portus vel venalium rerum; itèm ſalinarum, & metallorum, & piſcariarum. Et in *l. forma* 4. *ff. de cenſibus. lacus quoquè piſcatorios, & portus in cenſum Dominus* debeat deferre. Tandem Iuſtinianus ipſe nōnè ità clauſit Heleſpontum (teſte Procopio in arcana hiſtor. p. 110.) vt minimè negotiatoribus nauiculariјſquè ſinè prætio nimis graui, maris permiteret vſum? ex hoc intelligas quantum extendat Imperator totiès repetitā comunitatē, Helleſponti faucibus clauſā. Quod ſi replicent tantis à legiſtis mare iure gētiū delineari comune? dicas comune dici à I. C.eo ſēſu, quo Modeſtinus in *l. Roma. ff. ad municipal. Romam.* vocat *comunem patriam*. certum enim Romam non fuiſſe patriam omnibus omninò gentibus comu-

nem. Sic illud *iure gentium* apud veteres iureconſultos non ſignificare ius aliquod pæreque apud omnes nationes vniuerſaliter cuſtoditum, ſed ſolum aliarum nationum conſuetudinem, & mores a Romanis repetitos: quaſi dicerent, ſicuti apud alias nationes cuiquè ex ſubditis, nullo excepto, &ſi miſero, liberũ eſt in mari illius nationis proprio, piſcari, ſic & Romanis ciuibus in mari Romanorum proprio, liberum erit piſcari. itâ Gentiles ergà Deum religionẽ dicunt iuris gentium, quià &ſi apud ipſos Dei controuertatur eſſentia, à nemine tamèn negatur exiſtentia, & quamuis vna natio adoret Lunam, altera veneretur Solem, ſupremam exiſtere cauſam fatentur omnes. Patriæ, & Parentibus parère iuris gentium dixit Pomponius in *l. 2. ff. de iuſt. & iure.* vnicam tame-

men omnium comunem Patriã patremquè concludes? nequaquàm. Quià tamèn inolæuit cõſuetudo quemlibet Patriæ proprijſquè parère parentibus, iuris gentium huiuſmodì dicta eſt reuerentia.

ſol. Reſpondet *Granſuuinchel* contrà Vueluuod. c. 3 *Imò cum Romam prò capite triumphati Orbis haberẽt, eam terrarum Deam Gentiumquè, omnium populorum haberi patriam voluerunt. Ineptum ſanè de Roma eſſet dicere, eam patriam eſſe ſuorum ciuium. Id de omni vrbe dici poteſt.*

Dilutio. Contrà, & quero ſi relinqueretur legatum ciuibus Romanis, huiuſmodi legatum deberetur nè omnibus in mundo hominibus, nec nè? ſi negatiuè reſpondeas, ergò rigorosè loquendo Roma non eſt comunis patria, ergò tantùm ſuorum ciuium. Si affirmatiuè reſpõdeas, falſum dicis, quià huiuſmodi le-

gatum exitum reperire non poteſt, neque eſt hominis, qui ſuæ mentis eſt compos *Gomez. 1. var. reſol. 2. n. 2.* præterquàm quod beneficiū Ciuitatis conferendū eſſe primò Ciuibus Romæ natis reſcripſit *Paulus in l. diuus. 24. ff. de tut. & cur. dat. &c.* & tamen per Granſuuinchel quandò rigoroſo iure comunis Patria, diceretur Roma etiàm non ſubditis Romano Imperio conferēda venirent; Non omnes verò homines Romano fuiſſe ſubditos imperio Iuſtinianus ipſe fatetur in *l. cunctos populos. C. de ſum. Trinit. vbi* ait. *cunctos populos quos clementię noſtræ regit Imperium.* Ergò imperio ſuo limites circumſcribit. Romanorum enìm Cæſarum nomen, & fama numquàm Antipodas cunctaſquè nationes, nouum Americanū Orbem in gyrum luſtrauerat. videas Iuſtinianum in *2. l. C. de offi-*

officio pręf. Pręt. Aphr. vbi ſuæ Iuriſdictionis recenſet terminos, ſibi non ſubditos confitendo. *per ipſum pacẽ cum Perſis in æternũ confirmauimus. per ipſũ accerbiſſimos hoſtes &c.* & in §. 3. *In Sardinia autẽ iubemus* ducem ordinari, & eum iuxtà montes, vbi barbaricæ gẽtes *videntur ſedere &c.* ſic in *l.* 4. *C. de mercatoribus. Mercatores tàm imperio noſtro, quàm Perſarum Regi ſubiectos, vltrà ea loca, in quibus fęderis tempore cum memorata natione nobis conuenit, nundinas exercere minimè opportet, nè alieni regni (quod non conuenit) ſcrutentur arcana.* comunem igitur dicas patriã quià Imperialis ciuitas de ſtirpe duarum rerum, armorum ſcilicet atquè legum veniens, nationibus omnibus antecellit. In ipſa enim tàm militaris res legibus in tutto collocata eſt, quàm ipſę leges armorum præſidio ſeruatę ſunt.

2.ª ſol. Reſponderi poteſt ſecundò iure gentium cuique liberũ eſſe in mari piſcari, & nauigare dumodò tamen Fundi dominus non prohibuerit ingreſſum. In cuius ſignum ſic argumentor. Aer dicitur elementum magis comune, quàm mare. Sed aeris vſus poteſt impediri à domino fundi. ergò, & vſus maris. ma. prop. eſt per ſe nota, inter res enim comunes primo loco ponitur aer. §. *& quidem. de rer. diuiſ.* min. prob. ex. §. 12. *de rer. diuiſ. planè qui alienum fundum ingreditur venandi, aut aucupandi gratia, poteſt à domino ſi is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur.* Idem in *l. Diuus* 16. *ff. de ſeruit. præd. ruſti.* vbi Calliſtratus. *non eſt conſentaneum, vt per aliena prædia, inuitis dominis aucupium faciatis.* Idem habet Proculus in *l. in laqueum* 55. *ff. de adquir. rer. dom,* vbi dubitando cuius ſit fera capta, venato-

ris

ris. ſ. vel domini fundi, reſpondet: *videamus, nè interſit, laqueum in publico, an in priuato poſuerim, & ſi in priuato poſuerim; vtrum in meo, an in alieno & ſi in alieno, vtrum per miſſu eius cuius fundus erat, an non* nec dicas diuerſimodè conſiderari venationem, & piſcationem, hoc enim confutat Celſus in *l. idem* 10. *ff. de vſufructu. §. aucupiorum. aucupiorum quoquè, & venationum reditum Caſſius ait lib. 8. iuris ciuilis ad fructuarium pertinere.* (nota) *ergò, & piſcationum.*

3.ª ſol. Reſponderi poteſt tertiò aerem, & mare comunia dici, quia neceſſaria. Omnibus enim neceſsarius aer, ſinè cuius mutua repercuſſione, non viuimus: hinc comunis mater natura aeris elemento, humani generis materiali principio, toto in Orbe conſperſit, exipſoquè compaginauit Vniuerſum. Eàdem ratione quandò ab exordio pa-

radiſum voluptatis plantauerat, fluuius egrediebatur de medio Paradiſi irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ; qui indè in quatuor diuiſus capita, quorũ nomina Phiſon, Giō, Tigris, Euphrates, omnes terræ circuit partes. *Gen.* 2. comunia igitùr, idèſt cuilibet comunicata regioni ſub Principum tamèn ac Regum iurisdictione: *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cęli.* hac ratione antiquitùs ſcelere aliquo attrociſſimo coopertos, veluti humanæ ſocietatis inquinamēta è ciuitatis liminibus excedere cogebantur duorum humanæ vitæ præſidiorum proſcriptione *Lactan lib.* 2. *c.* 10. Humanæ autē vitæ præſidia aſsertore Tullio *lib.* 2. *off.* ſunt *aqua*, & *ignis*. hinc Egyptij (auctore Pierio Valeriano) in nuptijs duo vaſa alterum aquæ, ignis alterum prò foribus vtriuſquē ſponſi ponere con-

conſueuerint, vt aquæ, & ignis hieroglifico humanæ vitæ comoda intèr matrimonio iunctos ſignificarent. inrerdicto igitùr eis earum rerum vſu, ſinè quibus humana non perdurat vita, tacitè erant morte mulctati. *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 2. c. 5.*

Obij.: quandò alio ſenſu non dicerentur maria comunia, nulla daretur diferentia inter flumina, & maria; hæc enim, & illa cuilibet à natura, comunicata regioni.

℞. à fluminibus maria diferre, quià fluminum alueus in priuatorum dicitur patrimonio, eorum. ſ. qui propè ripam viciniora habent prædia, indè ad ipſos etiàm ripas reficere ſpectat: ſecùs autèm in arena maris quæ ſolius dicitur Principis. *litora dicuntur eſſe Populi Romani l. litora. ff. de flumin.* & ab ipſo ſolo reficiuntur Principe ad quem ſpectat Inſula ſi

naſceretur in mari, vt ſuprà diximus cùm Bartolo, ad differentiam Inſulæ quæ naſcitur in flumine, ea enim habentibus viciniora prædia conceditur. § *inſula de rer. diuiſ.* communia ergò dicas idest neceſſaria, & quà neceſſaria omnibus cōicata, & quatenùs omnibus comunicata nulla ratio, vt vnus tertij aggrediatur partē, deteriorē faciēdo, vel occupando; ex hoc dicas propè ædem meā neminem poſſe lanienam extruere, eiuſq; fætore aerē inficere. Dicant Patres Ieſuitæ quo titulo ipſi oppoſuere Demophoonti Ferrino, quandò Romæ volebat ædificium conſtrúere? Reſpondent ipſi, quià Ferinus illo ædificio ademptu-rus erat Ieſuitarum ſeminario Boreæ flatum in vrbe Roma ſaluberrimum. *Deciſ. Sacr. Rot. Rom. coram* Pirouano ac Burato apud Ierzon. ad Statutā Vrbis. *C. de ſer-*

ſeruit. proſpect. poſſunt igitur Patres Ieſuitæ ventum præſcribere, & non poterunt Principes aquam acquirere?
Quarta ſolutio eſt, mare non eſſe comune ſed publicum. §. *littorum. 5. de rer. diuiſ. leg. quod in littore. 14. ff. de adquir. rer. dom. l. littora. ff. ne quid in loco publico, &c.* ex hoc prohibuit Martianus littora accedenti, vt abſtineret ab ædificijs, & monumentis, non enim ſunt eiuſdem iuris vt occupata, cuius ſunt occupanda, ad hoc etiam dixit Vlpianus mari priuata lege ſeruitutem imponi non poſſe benè tamèn publica; Indè Neratius: *quod in littore quis ædificauerit eius erit, nam litora non ita publica ſunt, vt ea quæ* in patrimonio *ſunt populi.* ex hoc
Quinta ſit reſponſio: aliquandò mare comune dici quia occupanti conceditur, ad differen-

tiam rerum publicarum quę occupanti non conceduntur, ſed in nullius dicuntur bonis actu, & potentia. nè igitur maris occupationem impedirent I. C. comune dixere, comunia enim cùm ſint ſingulorum, occupantis fiunt. *§. ſingulorum de rerum diuiſ.* & non ſolum quoad vſum, vt publica, verùm etiam quoad proprietatem: in comunibus enim proprietas non ſecernitur ab vſu, nec vſus à proprietate.

℞. ſextò omnes, ſi qui ſunt, textus mare commune concludentes, correctos eſſe, & antiquatos tùm ratione tùm auctoritate à Leone Imperatore *conſtit. 56. De Oris maritimis.* vbi tellure cum mari adamuſſim comparata, decernitur omne ius, omnis titulus omniſque ſucceſſio, quæ legitima dicitur ad introducendum dominium in terram; & iuſtum dici ad acquirendum

mare.

mare. *Sancimus itaquè vt quiſquè oras ſuas inconcuſſo iure poſſideat, illorumquè dominus ſit; & ſi qui ſinè ipſius permiſſu illorum emolumento frui velint hos propellere poſſit. Nam quemadmodùm terrenis locis iuris eſt, vt quicumquè domus Dominus ſit, is præter illius vſum, veſtibulum quoquè, atquè atrium poſſideat; vt ità etiam maritimis obtineat rationi eße conſentaneum putamus. Et ſicut terrenis locis præter voluntatem domini ex alieno fructus percipere nemini conceditur; ſed ſi quis fructus ex alieno colligit, eos vel benignitate Domini percipiat, vel pro loci vſu vectigal ſoluat, neceße eſt: ſic etiam maritimis obſeruari præcipimus.*

℟. ad ſeptimum, & primò legis præmittamus verba. *Deprecatio Eudæmionis Nicomedienſis ad Antoninum Imperatorem. Domine Imperator Antonine; naufragium facientes in Italia direpti ſumus à publicanis Cyclades inſulas habitanti-*

bus. Antoninus dixit Eudæmoni: Ego quidem mundi Dominus, lex autem maris. Lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla noſtrarum ei lex aduerſetur. leg.9. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Duplex mendum in hac lege notant eruditi viri Samuel Petitus Gallus *lib.3. miſcell. cap.*11. Seldenus in mari clauſo *lib.*1. *cap.*25. Burgus. *de dom. maris. lib.*1. *cap.*14. Primum eſt Coſmographicum cum dicat in deprecatione naufragium feciſſe in Italia, poſteà ſe direptum à publicanis Cyclades inſulas habitantibus. *Quid hic monſtri eſt* (Seldenus ex Petito) *eos qui in mari ad Italiam naufragium fecerunt, à Publicanis qui Cycladibus ſunt inſulis direptos fuiſſe? quænam eſt hæc coſmographia? vndè Publicani Cycladum inſularum ad Italiam?* iniuſtè tamen carpi Iuriſconſultum video: credimus nè Voluſium Mætianum tam

cur-

curtæ cognitionis, vt ignoraret Cyclades inſulas non in Italico, ſed Aegæo eſſe ſitas mari? nec Bartolus perſuaderet. Quid igitur? in citata lege dicit quidem naufragium circà Italiam factum; adiungit etiàm per Publicanos Cycladum habitatores direptum; vbi tamen ſignat Cyclades inſulas ad Italiam? impoſſibile forſam, quod Cycladum Publicani fortuitò ſtantes ad oras Italicas, more piratarum huc illuc currentium, Endimionem diripuiſſent? Gloſſa quidem coronari deberet auerſa tamèn thiara, in thronum deſtinato Aſello, cuius caudam, habenarum loco tractaret, Deus Bone? ſi in caſu luce meridiana, clariori, tam turpe decipitur; quid reliquum in arduis fore putabimus, audias ſubtilem Gloſſ. in verb. *Cyclades. Inſulæ ſunt Italiæ, & dicebant fortè quod ſi*

aliqua bona caperent Italici naufra-
gorum, eorùm eſſent per legem Rho-
diam de iactu. Malè etiam corri-
gunt Seldenus, & Burgus,
quandò prò: *naufragium facientes*
in Italia: ponunt: *naufragium fa-*
cientes in Teliaco mari. Τῆλος enim
vna Cycladum eſt, referente
ſtefano (inquit Burgus) quo pa-
cto Coſmographiæ minimè re-
pugnat deprecatio, cum Cycla-
dum Publicani diripere facilè
potuiſſent, quæ in vna earum
Inſularum fiebant naufragia, in
Italia non item. Peſſima eſt hu-
iuſmodi lectura, & omnium peſ-
ſima, niſi enim legantur verba
vt iacent, inſulſa deprecatio;
quæ, tantum abeſt, vt Coſmo-
graphiæ repugnet, vt potiùs prò
fundamento coſmographiā po-
nat. dicit itaquè Eudimio: Do-
mine Imperator Antonine, nau-
fragium feci in Italia, & dire-
ptus ſum à Publicanis Cycladas
in-

inſulas habitantibus, quaſi diceret: ſi naufragium eſt factum in Italia, quale ius habent contrà huiuſmodi naufragium, Cycladum habitatores, qui tot milliaribus ab Italico diſtant mari? Iniuſtè igitur direptus ſum, eſto enim; quod lege Rhodiorum, viciniores recuperata bona non reſtituant, quale tamen ius prò publicanis Cycladum habitatoribus, tamquè remotis à loco, vbi fuit naufragium? Alterum mendum quod ſignant antedicti, ab eorundem diuerſa percipias correctione. Dicitur in vulgata lectione reſpōdiſſe Antoninus: Egò quidem mundi dominus, lex *autem maris* emendat Petitus. *Ego quidem mundi dominus, ventus autem maris*. Seldenus verò ex Græco in latinū ſic vertit. *Ego quidem Dominus. Sed verò illa lex, ſeù mos eſt maris*. vel ab eodem: *Ego quidem mundi*

dominus. lex autem ſeù mos maris, lege Rhodia iudicetur. Burgus vero tertiò ſic vertit. *Ego quidem mundi dominus, merces autem maris lege Rhodia iudicentur*. Parui tamen ponderis, & omnia iſta: in prima enim interpretatione mutantur litteræ, nouæ addun-tur, poçſim canunt: primùm extrà interpretis ſpheram qui legum eſt cuſtos, non legum iudex; *Auguſtinus cap. 3. diſt. 4.* lex quantumuis dura eſt obſeruanda *leg. proſpexit. ff. qui, & à quib.* vltimũ etiam Imperatoria maieſtate indignum; dum domina ſalutatur mundi, ventum dicere dominum maris. Dura pariter eſt ſecunda Seldeni Gloſ. quid enim ſibi vult. *lex maris, lege Rhodia indicetur*. quod ſi prò *lex* reddatur *mos*; annè tanta (ex Burgo) erat in Græca lingua vocabulorum penuria, vt eandem dictionem repetere in eadem

periodo, confundendo ſenſum; cogeretur Metianus. Circà tandem Burgi Gloſ. non morabor, & ipſe enim ingenuè fatetur, diuinari.

Modo respondendum venit ad Principale, quando habet Imperator: *Ego quidem mundi dominus, lex autem maris*. ex quibus credunt multi oblatum ſibi maris reſpuiſſe dominium. Quod tamen ridiculum, videas Andream Alciatum *li. 2. diſpunction. cap. 5. Dum dicitur* (inquit) *Ego quidem mundi Dominus, Lex autem maris; quidam Gallici Doctores exiſtimabant propter aduerſatiuum, Maris imperium ad Imperatores non pertinuiſſe. Quod ſanè perridiculum eſt: tametſi Baldus, & Iaſon hac ratione exiſtimauerint Venetos Romano Imperio non eſſe ſubiectos. Senſus autem huius legis eſt*. (res maritimas lege Rhodia finiendas) *Nam cum Imperator ſit Mundi Dominus,*

certè non terra tantùm ſed, & mare ipſius legibus parere debuerat, & ipſe in eis leges ſtatuere: cum tamen in Mari non lege propria iudicet, ſed Rhodia, quæ ab eo adprobata eſt. Intellige ergò, dum dicitur. Ego Mundi Dominus; quià orbem terrarum ex lege mea rego. lex autem, *intellige Rhodia*, Maris. *Quoniã ex ea ius in Mari redditur.* Sic alij alia vt videre eſt apud Seldenum. *cap. 25. lib. 1.*

Breuiùs tamèm videtur præſens diſſoluendum obiectum, quod, etſi in cortice videatur vrgère, funditùs conſideratum nèc regiſtro donarem. Deprecanti Eudimioni reſpondet Imperator: Ego quidèm Mundi dominus, lex autèm maris, ideſt. Sum quidèm mundi Dominus quid iuris tamèn circà præſens naufragium? lex inſpiciatur. Princeps enim quamuis legibus non ligetur *l. princeps. ff. de legibus.*

cap.

c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & quidquid Principi placet, legis habeat vigorem. *§. ſed quid principi. de iur. natur. gent. & ciu.* vndè vulgatum carmen.

Non eſt Rex legi, ſed lex obnoxia Regi.

honeſtatis tamèn ratione, legibus viuere profitetur. *l. digna vox. C. de legibus §. vlt. quib. mod. teſtam. infirmentur.* Scio me dominum; agnoſco omnem condendæ, ininterpretandæ, derogandæ, & abrogandæ legis mihi poteſtatem. *l. 1. & vlt C. de legib.* legibus tamen viuo *§. vlt. cit. Paratū exitū illi ciuitati video* (dicebat Plato) *in qua non lex Magiſtratibus ſed legi Magiſtratus præſunt: ſalutē verò illi, vbi lex ſeruiētibus Magiſtratibus dominatur. lib. 4. de legibus.* circà igitur prædictum naufragium, lex maris inſpiciatur, iuxtà ipſam iudicetur. Ridiculum tamên, ſi concludatur, Imperator maris

reſ-

reſpuiſſe dominium. Si quis diceret. Domine Imperator Antonine; è mei prædij poſſeſſione per vim depulſus ſum, rogo vt me reſtituam in poſſeſſionem prædij mei? reſpondeat Imperator: Ego quidem Mundi Dominus, lex autèm prædij tui. Lege quod metus cauſa, iudicetur cauſa tua. in hoc caſu diceretur nè Imperator Telluris reſpuere dominium? minimè, ſed imò dominium fatetur, cauſam decidendam remittens lege quod met. cauſ.

Confirmatur ex Antonino lex dicitur domina maris; ergò magis dominus maris, qui dominus legis: ſi enim vinco vincentem te. multo fortiùs vincam te *l. de acceſſionibus. ff. de diuerſ. & temp. præſcript*. Sed Princeps eſt ſuprà leges *l. 3. C. de teſtam. l. ex imperfecto 23. ff. de leg. 3.* ergò fortiùs ſuprà mare.

Con-

Confirmatur: Iubet Antoninus vt lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla lex ciuilis Rhodiorum aduerſatur legi, ſi enim adinuicem opponantur, ſemper anteponenda Romana: Ergò Rhodiorum lex ciuili legi ſubijcitur, nulla lege ciuili adſtringitur Imperator *l. omnium C. de teſtam. ergò*

℞. etiàm poteſt Antoninum breuiter remiſiſſe Eudimionem, qui ſpecioſo dominij titulo; & ſimilibus blanditijs, Imperatoris beneuolentiam colligere tentabat; Indè exardeſcens Imperator (cui nec munera nec perſonas reſpiciendum) curtè remitens paucíſque retorquet. *Ego quidem mundi Dominus, lex autem maris*. Nè ſui tamèn præiudicaret imperio, ſubiũgit: lege Rhodiorum iudicetur nautica, in quibus nulla noſtrarũ legũ ei aduerſetur.

Pla-

Placet etiam reſponſio Io: Franciſci de Amaga. *lib. 1. obſeruat. iur. c. 1. §. 76. Quamuìs ego ſim Dominus mundi, & Imperator atquè ità legibus ſolutus. Nequè teneàr ex præcepto aliquo ſubditis reſpondere, adhuc tamèn lex ſit domina, & regina maris, ideſt rebus quæ in mari acciderunt, imperet mari, cum pertineat ad res nauticas, nequè Fiſcus præferatur cum ſubditorum damno, ſed fiſci, & priuati æqua lance debeat tractari iuſtitia; & ideò reſpondère tenebitur fiſcus.*

Placet vltrà, eſponſio Samuelis Petiti Galli. Miſcell. lib. 3. c. 11. *Non negat Antoninus ſe Maris dominum eſſe, vt non poſſit leges dicere ijs, qui nauigant; vides enim velle ius dici Eudæmoni, & Publicanis qui in Cycladibus Inſulis, ex lege Rodia; nequè item dicit ſe ità teneri hac lege Rhodia, vt non poſſit omnino Eudæmoni ſuccurere aduerſus hanc legem, ſi quid illi fiat iniuriæ, ſed vult Eudæ-*

moni

moni iuditium reddi ex hac quidem lege, ità tamèn vt Romanorum legum nulli aduerſetur hæc lex. Ex hoc videas ab hac lege potiùs dominio ſubditum mare argui. Sic Baldus: *Iſta lex dicit, quod Imperator eſt dominus totius Orbis, & quod terra, & mare, eſt ſibi ſubiecta.* ſic ibid: Paul. de Caſtro. *Ego quidèm mundi dominus, quaſi dicat nòn ſolùm terræ, ſed etiàm maris quià comprehenditur appellatione Mundi. Ergò leges meæ ſeruandæ ſunt nòn ſolùm in terra, ſed etiàm in mari.* quod probandum aſſumpſimus.

POETARVM APPLAVSVS.

Caput XV.

TErminùm tandèm circumduximus; nec reſtat niſi vt perquiramus Gē tium plauſum, exterriorumquè regiſtrum. Poetarum comune archiuum; Mundi dabit monumentum.

Poetarum Princeps Virgilius.

Tequè ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Intèr Græcos Ouidius, *9. Iliad.* de Neptuno

Tres ſumus è Veſta geniti Saturnia proles.
Iuppiter atquè ego, Diri tertius, infima Ditis.

Re-

Regna tenet Pluto: ſuntquè in tres omnia partes.
Diuiſa, atquè ſuum quiſquè eſt ſortitus honorem.
Sic mihi ſorte datum pelagus retinere profundum,
Plutoni obſeſſa æterna caligine regna.
Atquè Ioui Etheræas ſedes radiantis Olympi.

Hæſiodus, *in Theogonia*, Iouem Hecatæ permiſiſſe ſcribit.

Partē habere terræ, & infructuoſi maris.

Replicat Virgilius in perſona Neptuni in Eolum. 5. *Eneid.*

Non illi imperium pelagi, ſæuumquè tridentem.
ſed mihi ſorte datum.

Nonnus:

Beroe pelagus ditione tenebat.

Lucanus *lib.* 1. contra ciues inteſtinis cadentes armis.

O quantum terræ potuit, pelagiquè parari,
Hoc, quem ciuiles hauſerunt, ſangui-

ne dextræ.

Theocritus de Ptolomeo

Latequè, imperitat terris, latèquè profundo.

Item.

—— *Omnis telluſque, fretumque*

Altiſoniquè amnes ſub rege iacent Ptolomæo.

Seneca Tragicus in *Hyppol. act.* 1. *ſce.* 2. de maritimo Cretenſium dominio.

O magna vaſti Creta dominatrix freti.

Iuuenalis. *Satyr.* 3.

—— *Venit, & Criſpi iucunda ſenectus,*

Cuius erant mores, qualis facundia, mite.

Ingenium, maria, ac terras, populoſquè regenti.

Quis comes vtilior?

Claudian. de Minore Scipione.

—— *Patrijs primò cum manibus vltor*

Subderet Hiſpanum legibus Oceanum.

Ouidius de Auguſto.

—— *Pon-*

——— *Pontus quoque ſeruiet illi.*

Statius ad Domitianum. *Thebaid. lib.* 1.

——*maneas hominũ cõtentus habenis*
Vndarum, terræ què potens

Manilius, quandò Duce Pompeio, recuperatum mare, Romanoquè reſtitutum imperio. *Aſtronom. lib.*4.

Quis te Niliaco periturum litore, Magne,
Poſt victas Mithridatis opes, pelaguſque receptum
Crederet?

Oppianus de Antonino Caracalla.

——— *tuis ſub ſceptris namque profundum.*
Voluitur, & proles Neptuni, quæ incolit antra.

Anton. Quæreng. *Rhapſodiæ variorum carminum lib.* 1. *epigra.* 1. occaſione tempeſtatis in aduentu Sixti v. Ponti Maxi.

Quid fremit inſolito Tyrrhenus murmure Pontus?

Tracta quid æquoreis cautibus vnda gemit?

Sunt Maris hi gemitus trepidi, ſunt ſigna pauoris,
Quo timet aduentũ maxime Sixte tuum.
Nempe timet, tantus nẽ accedat ad æquora Princeps
Vt ſua captiuas ſub iuga mittat aquas.
Pone metum pelagus, non Xerſi hic æmulus arma.
Apparat in fluctus barbara cæruleos,
Sed mitis, placiduſquè venit, bona vt aurea pacis,
Quam peperit terris, nunc ferat ille Mari.

Quod ſi obijcias illud Ouidij metam. 6.

Quid prohibetis aquas? vſus comunis aquarum eſt.
Nec ſolem proprium natura, nec aera fecit.
Nec tenues vndas ad publica munera veni. Et

Et Virg. 1. Eneid.

Quæuè hunc tam barbara morem.
Permiſit patria; hoſpitio prohibemur arenæ.

℞ Ouid. 1. metam. Latonæ contra ruſticam conquærenti progeniem, aquas interdicentem; ea de comunione verificari, quandò.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo.
Sponte ſua, ſine lege fidem, rectumquè colebat:
Pœna metuſquè aberant, nec verba minantia fixo.
Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat.
Iudicis ora ſui, ſed erant ſinè iudice tuti.
Nondum caſa ſuis, peregrinum vt viſeret orbem,
Montibus, in liquidas pinus deſcenderat vndas.
Nullaquè mortales præter ſua littora norant.

Nondum præcipites cingebant oppida foſſæ,
Non turba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ non enſis erat, ſine militis vſu.
Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes.
Ipſa quoque immunis, raſtroque intacta, nec vllis
Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus.
Contentiquè cibis nullo cogente creatis.
Arbuteos fœtus montanaquè fraga legebant.
Cornaquè, & in duris horrentia mora rubetis.
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.
Ver erat, æternum, placidiquè tepentibus auris,
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat

Nec

Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
Flauaq. de viridi ſtilabant illice mella.

Poſtquam verò.

Neuè foret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes
Altaq. congeſtos ſtruxiſſe ad Sydera montes.

Tum

Sunt in tres omnia partes
Diuiſa, atque ſuum quiſque eſt ſortitus honorem;
Sic mihi ſorte datum pelagus retinere profundum,
Plutoni obſeſſa æterna caligine Regna,
Atquè Ioui æthereas ſedes, & Sydera Cæli.

Homer. Iliad. vt vertit burgus.

Inde cum magno miſceri ſentiret

murmure Pontum.

grauiter commotus, & alto
Proſpiciens, ſumma placidum caput extulit vnda:
Diſiectam Aeneæ videt æquore claſſem.
Eurum ad ſe Zephirumq; vocat, dehinc talia fatur.
Tanta nè vos generi tenuit fiducia veſtri?
Iam cælum, terramque meo ſine numine, venti,
Miſcere & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: ſed motus præſtat componere fluctus:
Poſt mihi non ſimili pœna comiſſa luetis:
Maturate fugam, regiq; hæc dicite veſtro,
Non illi imperium pelagi, ſæuumque tridentem
Sed mihi ſorte datum, tenet ille immania ſaxa,
Veſtras Eure Domos, illa ſe iactet
in

in aula
Aeolus, & clauſo ventorum carcere
regnet.
Sic ait, & dicto citiùs tumida æquo-
ra placat.

Virgil. 1. Aeneid.

Neminem igitur alter lædat, ſit ſua quiſque ſorte contentus.

IOANNIS PALATII

De Dominio Sereniſs. Venetæ Reipublicæ in Mari Adriatico.

LIBER SECVNDVS.

Caput Primum.

De Origine Venetiarum.

MAre Dominio ſubditum tum Hiſtoria tum Iuris prudentia in antecedenti probauit libro; quæ ideò præmiſſa, vt totius Vniuerſi propugnarent factum, vel ex Mundi facto, eiuſdem ſtabilirent iura: ex facto enim ius oritur. Ex Vniuerſalibus modò ad particularia deſcendo, Maritimum Venetæ Reipublicę

ve-

venerando dominium. Hoc nō ponam in diſceptatione, quià nemine reclamante, vectigalium ſolutione, regij itineris imploratione, piratarumquè eccidio concluditur neceſſarium, Actum igitùr agam; publiciſquè referam monumentis Regum teſtimonia, Cæſarum ſententias, Pontificumquè canones. Ab Vrbis incunabulis ducam exordium, vndè ipſi cōnatum maritimum percipiamus Imperium.

Anno 421. noſtræ ſalutis. Die fatali Veneris 25. Martij: Regnātè Theodoſio Iuniore, *Heneti nunc Veneti* ſanguine oriundi teucro, Domino præeunte populo ſibi dilecto, quem intèr Maris latibula contrà ſurgentē Pharaonem, Attilam, cognomento, flagellum Dei, Chriſtus aquoſo in antro ſub fide Virginis depoſuerat, primum iecere

lapidem: Subuerſoquè elemen-
to nouum fixere mirandum Or-
bẽ. Ex Attila tamen occaſio con-
ſtructæ vrbis non ſine dubio:
Inueriſimile enim triginta ante
quam Italiã percurreret annis,
quòd lacunarum acolæ metum
adhuc non experti præuiderent
tyrrani. Dõ neceſſitate extru-
ctas Venetias, quià vbi habita-
tionis non apparebat veſtigiũ,
immò conſtructionis irridebat
potentia niſi vexati medicinam
ex veneno tentaſſent. Ipſam ſi-
gnat Bardi, quandò anno Chri-
ſti 400. Italiam aggredientibus
Gothis, Stilico Honorij miles
vindicauit quidèm aggreſſorẽ,
nõ tamèn reparauit oppreſſum.
Immò anno 401. opere Stilico-
nis, qui filio parabat imperium
reuocatis Gothis iterùm ſub
carnifice languebat Italia; nèc
finis, anno 406. fruſtra reſiſten-
te Honorio Occidentis Impe-
ra-

ratore Gothi miſeram reptentes Italiam, deuicto Cæſare ad lapidem deuaſtarunt. Nec ſatis: ſequenti anno, auſpicijs Radigaſij, & Alarici Romam obſidio cingunt, Italiæ ſuperſtita peruaſtant loca, expugnatam tandem Romam anno 410. ſolo æquant, non niſi igne colluſtrant. Inde captiua Placidia Honorij filia cogente Alarico nubit Artaulpho. Anno 412. Italia iterùm ſub tributo; Principes in captiuitatem, Reges in deriſum; Sacerdotes in obrobrium; Sanctuaria polluta; habitatores diſperſi, ipſa in gladio ſunt elementa. Anno tandem 421. tumultuante Imperiali exercitu, (quia per Etium Honorij ducem depoſito Caſtino) reardebant ſopitæ

flammæ cùm gloria tùm æmulatione gliſcentibus. Ex hoc Antenorei cum circumuicinis, deſperato armorum auxilio vires decreuere tentare conſilij. Ad hoc collectis prætioſis, humilem reccepere locum, quo marcialia effugerent fulmina. Locus fuit VENETIA nomen olim Regioni nunc vrbi Ex multis colligabatur inſulis, quarum nomina Gradus, Crapula, Equilium, Metamaucum, Albiola, Peleſtrina, & Foſſa Clodia ad oras maritimas: In ſtagno verò Torcellum, Maiurbium, Boreanum, Amianum, Conſtantiacum, Amorianum, Riuumaltum; Regebantur ab Vrbe condita per tres Conſules (*Moriſoto lib. 2. c. 35.*) quorum re-

ſam. Tali regimine vſquè ad Attilæ inuerſionem more fluminum, latenti incremento recti ſurgebant populi. Quandò debellata Aquileia nobiliores Pattauij tum prouinciæ, vi quaſi aperta fluminum confugere Venetias, vbi cumulata arena vltra caſas extruxere Domus, quò ſe reciperent in vmbraculum diei ab æſtu in abſconſionē, & ſecuritatem à turbine, & barbarorum pluuia. Circà originē ſuprà notata non niſi aliena volo interpoſita manu. Troianos dixit Liuius ex Paphlagonia Aſiæ regione, qui poſt Troiam incenſſam amiſſo Rege Philomene, duce Antenore, Adriatici penetrarunt intima: quibus innata antiqua libertas (teſte *Curtio*) illibata permanſit Orbē etiàm deuaſtante Alexandro, cui liberum iugum Henetis nō innouandi vectigalium immuni-

nitatem iam contrà Perſas ſanguine vindicatam. Alijs nobili Gallorum Stirpe editos creditum, eo vltrà quod Ludouicus Francorum Rex quotidiè in familliaribus colloquijs Bernardũ Iuſtinianum apud illum prò Sereniſs: Veneta Rep. Oratorem, collegam, & conſanguineum appellaret. *Bernard. Iuſtin. c. 2.* Hæc ſint in cortice ad minimum Venetæ gloriæ ſpiraculum, quò phænomena chimerici piſcatus ab inuidis in humiliata veſtigētur natione.

DE BELLICA VIRTVTE VENETORVM.

Caput Secundum.

ILluſtriſſima Venetorum natio, quæ à natiuitatis primordijs, libera concepit natalia, illibata tot ſeculis ad hodierna traxit tempora omnium ſtupore, & forſam inuidia, quæ nondùm attigit terminum. Concepit libera, geſtauit in ventre libera, peperit libera, nec vmquàm ſeruitutis oppreſſa iugo, etiam quandò rugientibus tiranis ferrea catena, domata languebat Italia; prò muris habuit à natura paludes; prò Caſtellis præſidiaria nauigia, qui-

quibus totum reuiſit Orbem, Imperiale ſuſtinuit culmen, cadentes propugnauit Tiaras, imò iàm depulſum reſtituit quirinale Petri. Maritima tractando, naualia tantum tractabo, nec terreſtres ſcribã victorias, inter quas Cameracẽſe bellum in quo contrà Venetos ſolius inuidiæ titulo omnes Chriſtiani &ſi infeliciter cõuenere Principes; Guciar.

Prima igitùr Venetorum virtus fuit contrà Gothos. anno ſalut. 534. quos in ſico Padi alueo aſſequutos, victoſquè Beliſario donarunt. Anno 547. eorum ratibus (*ex Procopio*) Italiæ cum exercitu traiecit flumina, Gothorumquè Italico Imperio punctum poſuit. Viuunt memoriæ Narſetis in erecta baſilica. S. Theodori, nunc D. Marci, & Geminiani in Religionis monumentum. Ab hac die vſquè

da

ad annum 696. nil memorabile. 697. Consulum mutato regimine, creatur Dux Venetiarum Paulutius Heracleanus, ſub quo (*Bardi*) feliciter contrà Iſtros, & Dalmatas in alto aſſequutos mari pugnatum, victoſquè impoſitum abſtinere nauigijs. *Moriſotto lib. 2. c. 25.* Hoc tempore (anno tamen incerto) à Venetis Tergeſtini in caprulan ſopprimuntur aquis, vindicandi cauſa, virginarum raptum, quē piratæ Tergiſtini noctu patrauerant. Ob hoc ſupplicationem Mariarum, à maioribus appellatam, originem habuiſſe fama celebrauit. *Pernard. Iuſtin.* Anno 725. Hortatu Greg. III. Romani Pontificis Rauennam à Longobardorum liberant iugo, reſtituūtquè Exarcho Imperatoris Byzantij. *Paul. Diac.* nec prętermitēda hic Venetorum cōſtātia, & Religio; rupto enim fe-

dere cum Luitprando Imperatoris gratia, Dei & Pontificis cauſa, Luitpandrum Longobardorum Regem, Leonemque Orientis dominum, accerrimos non formidarunt hoſtes. Quandò Leò contrà Sanctorum inſaniens imagines, vt metalla Sãctorum ſignata imaginibus, religionis extorqueret prætextu, Venetos ſæpè tentauit, ſemper hoc reſponſo repulſus: Deo potiùs quam vlli mortalium parẽdum. Anno 749. iterum ab Euthichio imperiali exarcho, Venetorum implorata manu, citò currunt, Aiſtulphum Longobardorum Regẽ ſtringunt, Eutichium leuant. 750. Rauennam de nouo Imperialibus donant, Longobardorũ notabili decremento. *Bardi.* Anno 774 Italiam repetente Carolo Magno contrà Deſiderium Longobardorum Regem, intrà Papię mu-

tos obſceſſum, nec expugnare poſſibile ſine claſſicis oppidis, vnà cum Pontifice rogauit Venetos, vt nauium ſuficienti comodato numero, apud quos per grandem Sciebat copiam, Religioni præſtarent: quibus vt gratificarentur ſtatim vigintiquinquè naues vndequaquè contectas aduerſus miſſilia ex alto cadentià; tùm remigibus quàm militibus optimè inſtructas Papiam traſmiſere. Quo audito Deſiderius citò quàm ſupplex ſeſe vrbem Carolo permiſit. *Bernard. Iuſtin.* vltimamquè Longobardorum imperij, quod viginti ſuprà 200. annos Italiam iugulauerat, diem clauſit. Prò quò Carolus Venetis humanè gratias agens, quàm acceptum fuerit demonſtraret beneficium, re ipſa ſi aliquando eſſet neceſſe, comprobaturum ſpopondit. Indè diuiſo impe-

rio

rio intèr Nicephorum, & Carolum, vtriuſquè conſenſu, Vndequaquè liberi Veneti ſunt acclamati. *Blond. lib.* XI. *In his fœderibus illud accuratè apud vetuſtos ſcriptores legimus interueniſſe vt Veneta vrbs Italiæ maritima: vtrumquè reuerita imperatorem proprijs vteretur legibus. Et ſiuè bello ſiuè pace neutrius partis cenſeretur.* Nõ longè tamèn Pipinus à Carolo patre Italiæ Rex conſtitutus, nimia parentis abuſus felicitate, iuuenili etiàm inſtigante ætate, magna animo verſare imperia, inſolentioraquè moliri cæperat. Turbabat Venetos minimè eis homine fauente paterno. Quæſtos apud patrem de nouitate Pipini, immemoris eorum ſanguine expugnatam Papiam, victum deſiderium, Longobardorum expũctum Imperium, omni benignitate in patriam à Carolo remiſſos, regiaquè fide ſecuros

Palu-

factos inſidijs turbat, terra mariquè molitur, cunctadeuaſtat, Paludum omnes habitatores in ſolum claudit Riuumaltũ: quibus cum ſuperbè imperat deditionem, illi accinti ad comune repellendum eccidium, freti quod non terreſtribus exercitibus, ſed nauium agilitate quibus longè præſtabant, dimicandum; non in ſolo, ſed in erranti canali, cuius natura, & loci ſciẽtia hoſti penitùs incognita, vbi altior vbi humilior; quando fluxus, & quando refluxus, alacri animo non innocuũ patriæ præfigurabant ſanguinẽ. Nec longè ſucceſſus, Veneti enim, qui eò vſque decedentem expectauerant aquæ decurſum, quaſi fulmina vndequaquè ruunt in hoſtem, miſſilibus laceſcunt, leuibuſquè ad hoc paratis nauigijs, inimicorum naues, quæ in ſicco, refluẽte æſtu deſtituebantur,

tur, facilè perturbant, inuadũt fugant, proſternunt. *Moriſot.* Tantæ victoriæ teſtimonium, canale in quo commiſſum eſt prę-lium, adhuc *Orfanum* appellatur ob ingentem occiſorum numerum. *Sabell. Dec.* 1. *lib.* 2. Anno 824. proſperè pugnarunt in ſarracenos, qui ad Romanam venerant ſpoliandam Eccleſiam. eoſdem anno 828. ſuperant. an. 834. iterùm inſtructa forti claſſe Mauros ſiculos proſternunt. 836. Teophili Byzantini imperatoris gratia naualem inſtruũt claſſem contrà Mauros, quorũ rapinis ſubiecta languebat Italia 837. Veronnenſes, ab oppreſſionibus quas molliebantur acolæ Benaci lacus, leuant. 838. in Tarentino portu Mauros ſubmergunt; Narentanos fugant piratas; nouam faciunt in Sarracenos claſſicam expeditionem; nouoq; Narẽtanos premũt

pre-

prelio. 867. Sarracenos ſugant. 868. Narentanos bello corripiunt. 870. Sarracenos fuga diſtrahunt. 881. marinos vlciſcuntur comites. 887. nouam contrà Narentanos inſtruunt claſſem, infeliciter tamen. 890. in eoſdem delicti perſequuntur pœnam. 892. cum Sarrhacenorum impenderet timor, Imperatori accurrunt, validiſſimoquè nauium ac triremium inſtructa claſſe, inimicos aggrediuntur fidei, ſigna conferunt, præclariſſimo facinore decorãt patriam. 895. eorundem reprimunt impetum. 896. piratas propè paludes trucidant. 897. contemplatione Pontificis Sarrhacenos Italiæ deuaſtantes litora, Hiſpaniam vſquè inſequũtur, ibiquè claudunt. 900. Leonis Imperatoris gratia iterum in Sarrhacenos inſurgunt. 901. pyratas noua affectos clade acri-

tet fugāt. *Pardi.* Anno. 903. Hunni ſcithia oriūdi à conſanguineis Pannoniam habitantibus inuitati ad deguſtandos, & ipſi italicos fructus, tumultuosè erupētes: Berengarium, qui tùm Romanum gerebat imperium cùm quindecim hominum millibus vicerunt; qua victoria elati ferè totam occuparunt Italiam. Mediolanum pergebant verſus, cū Venetorum fama, ſuorum prouocauit excidium. Opum irretiti dulcedinè, quas per magnas decantabant populi, confeſtim in Veneta ſeſe conuertunt litora: Heracliam adorti, occupant, incendio abſumunt, ſequentes inſulas igni ſubijciunt, habitatores iugulant, vltimò Riuumaltum currunt. Quando Veneti vlciſcendi cupiditate flagrantes, ſui, & Patriæ non ſolum prò libertate ſed vita, contrà barbaros dimicādum, aut turpiter

ab

ab immaniſſimo hoſte velut oues iugulari experti, in naues ad pugnam expeditiſſimas in canalium anfractibus idoneas, contendũt, barbaris occurrunt, aduersùs quos attrox primò committunt prælium: cum omnia tamèn diuerſa ſtarent, non immeritò exitum habuere diuerſum. Veneti enim, quàm cellerimas habentes naues, onera omnia, exceptis ad belligerandum neceſſarijs depoſuerant: Remiges eorum diù exerciti, eò ad nauale promptiores bellum, in patrio etiã certabantes ſolo, in ſtagnis non in aperto mari, vbi omnia propugnatoribus explorata, barbaris ignota: Veneti ab ineunte ætate maritimæ rei aſſueti, Barbari pedeſtri ſolum gloriabundi certamine, eorum naues onuſtæ, locis minimè accomodatæ, indè iuxta locum, & tempus ineptæ. Quamo-

mobrem non diutius inclinante fortuna, inimicorum nauigia alia incenderunt alia abripuerunt, ceteri maturam capeſcentes fugam, inclytam Venetis reliquere victoriam. *Sabell. anno* 920. refecta claſſe Henrico Occidentis imperatori opem contrà Bulgaros ferunt, ac an. 927. replicant. Sub anno poſtea 933 contrà Clumacienſes claſſem dirigunt, victoria potiuntur. *Bardi.* Anno 942. Narentanis infeſtantibus maria, victis: pax, duris tamen conditionibus datur. *Sabell.* Anno 959. antè Barium Peucetorium vrbem inter Brunduſium, & Aufidi fluminis oſtia, maritima clade ab Vrſeolo Venetorum Duce fugantur. *Moriſoto.* Anno 980. à Dalmatis contrà Narentanos inuitati, Principe Orſeolo, omne Hyſtricum Dalmaticũque nomen in fidem reccepere, ſolis

Pha-

Pharenſibus exceptis: qui veriti nè Venetus vrbem in ſui poteſtatem redactam, euerteret: amore patriæ inflamati, freti etiam natura loci, aſcenſu quidem difficilis, ſcopuliſquè muniti, ferociter defenſionē molliebantur: Multitudine tamèn telorum inſiſtentibus Venetis, miſſilium nube propugnatores operti, præſidio decedere cogūtur, abiectiſquè armis ſupplices veniam implorare; quibus datta indulgētia, vrbs funditùs euertitur. Mox Narētanorū inuadūt fines, cūcta igne ferroquè deuaſtant, tandem humilibus imploratam dant pacem hiſcè conditionibus. Vt quantacumquè damna Veneto data nomini, perſoluerent; à nauigantibus in futurum nullum exigerent tributum; ex eorum natione ciues vel popularis piraticā non exercerent; quibus contenti, maris-

R 4 poſſeſ

poſſeſſionē propter quā cū Venetis vario belli caſu annos circiter 170. pugnauerant, renunciarunt. Anno 998. cum Morcimirus Rex Crouatiæ Iadercenſes Venetorum ſubditos infeſtaret, in ipſum expedita claſſe ſuperatur. 1117. Hadrienſes, Venetorum confundētes limina inter Atheſim, & Padi oſtia magno ſuperantur prælio. An. 1047. propè Apulliam vincūtur Normanni. 1049. Bijzantini imperij rebelle proſtituuntur. *Bardi*. Anno 1061. noua premunt claſſe Normannos, eoſdem ad Dyrrachium ſuperant, ciuitatis obſidionem ſoluunt. *Moriſo*. an. 1063. in gratiam Alexij, Veneti in Normanos mouerunt quā-uis diuerſo euentu: cruēta enim hic, & indè dimicatum acie, fortuna tamen prò Normanis. anno 1067. reſtaurata claſse aduerſus Guiſcardum Normanorum

rum Principem non meliori caſu, quàm antè pugnatũ, immò trina vicè iterùm ab eodem fugantur. *Sabell.* anno. 1097. hortatu Vrbani Pontificis Tranſalpinis Ducibus quamplurimas contra fidei inimicos in Aſiam tranſmittentibus copijs, Duce Gothifredo Bolionio, Veneti & ipſi cum 200. nauibus, in quibus onerariæ erant 70. prò communi fidei cauſa in Aſiam expeditionem faciunt: & quùm Rhodum veniſsent, iurgio à Piſanis laceſſiti, qui & ipſi Rhodienſem tenebant portum cum claſse non parua, iniuriam vindicarunt, Piſanis 22. adimendo triremes in quibus quatuor hominum millia capta dicuntur. Mox proſpera nauigatione Syriam petẽtes occupata Smirna, Phænicię vaſtatis littoribus, Sidon, & Farania maritimum oppidum circà Nili oſtia cum Ty-

ro, & Ptolomaide reccepta, quamplurimas barbarorum cæperunt naues. Trina fuit Venetorũ in Aſiam expeditio, cuius titulo quamplurimis priuilegijs, & vectigalium immunitatibus terra mariquè à Balduino Hieroſolymarum Rege donati feliciter in Patriam rediere. *Moriſo. Bardi. Sabell.* Luſigna. An. 1113. Quarta habetur expeditio Venetorum aduerſùs Turcas prò Balduino 1123. Quinta Venetorum naualis expeditio prò Balduino in Syriam facta eſt, Calixti Pontificis contemplatione, ipſorumquè auxilijs, Tyri & aliorum marittimorum littora in fidem reccipiuntur. An. 1124. Patriam repetentes Methonem grecæ occupant Iuriſdictionis. an. 1126. Turcas qui in obſidione ſtabant Iopenſi, proſternunt, obſidionẽ ſoluunt; quo peracto in patriam properantes

rantes Chium, Samum, Lesbũ, Andrum, atquè alias Grecanici imperij inſulas armis domarunt. an. 1140. Fortunæ Fanum Venetorum ſe comittit regimini; quià cõtrà Anconitanos per Venetos nauali propugnatum prælio. anno 1147. iterum in Turcas prò Hieroſolymitanis armant. 1148. gratia Emanuelis Occidentalia regentis, Roggerij inuadunt ſtatum. 1151. maritima clade feriunt Polanos. 1152. prò Emanuele cõtrà Normanos expediunt claſſem. 1162. Pontificis cauſa à Ferrarienſibus vexati Pattauinis, & Hadrienſibus, claſſem expediunt feriunt vincunt, Aquileienſem victum Patriarcham, tributarium remittunt; cuius memoria dies carnis priuij. an. 1169. ab Emanuele Imperatore Venetis in tota Græcia oppreſſis mercatoribus, contrà ipſum validiſſi-

ma inſtructa claſſis, eiuſdē fraude penètota cōſumitur. 1173. inſtaurata claſſe Emanuelē fugāt, eiuſdē, anno 1174. loca deuaſtāt. 1175. duplicato nauiū triremiūque numero Græca inuadūt littora, eodem tempore rebelles Dalmatas puniunt, Hieroſolymitano Regi, valido triremium numero ſuccurunt. *Bardi.* anno 1176. Duce Sebaſtiano Ciano profugus Alexander. III. Venetias ſecretò confugit timore Fiderici Imperatoris, Eneobarbæ nūcupati qui iam cum exercitu occupauerat Romam. Eius Filius Ottho 75. triremibus partim proprijs, partìm auxiliaribus Ianuenſium ac Piſanorum (*Bardi*) Veneta aggrediebatur littora, vt captiuum reportaret Pontificem. Contrà eum Veneti ad ſolam Chriſti Vicarij defenſionem educta claſſe ſub auſpicijs eiuſdemet Ducis Ciani,

ni, ſtrenuè bellantes, claſſicani reportarũt victoriam. *Iul. Ferret. lib. 12. de re nauali.* octo enim ſuprà quadraginta captę triremibus, ipſaquè Regia in qua Ottho fuit, duabus media pugna in alto depreſſæ (*Moriſoto.*) ſub Pontificis calcandum pede Federicum ipſum in publica Diui Marci Baſilica traxerunt. *Ferret.* Redeunti in vrbẽ. Ciano Alexander. III. S. Pont. poſtquam victoriam gratulatus eſt, annulum aureum porrigens, hunc accipe, inquit, & me authore ipſum mare obnoxium tibi reddito, quod tu tuique ſucceſsores quotannis ſtatuto die ſeruabitis: vt omnis poſteritas intelligat, maris poſſeſſionem victoriæ iure veſtram fuiſſe, atquè vtì vxorem viro, ità illud imperio Reip. Venetæ ſubiectum. Hinc ſingulis annis. &c. *Moriſo.* anno. 1183. Iaderen-

renſium eſt ſequuta rebellio, in illos Statim ad arma, Inſulæque vicinę vix lucente Marci vexillo reccepere imperium. Maior Iaderenſium obſtinatio, quià piraticæ aſiſterent naues, vrbſquè eſſet regio munita præſidio, ex hoc longius rebellium excidium. anno 1185. digladiantibus in Syria inter ſe fidelibus inſurexit Saladinus expugnatisquè Ptolemaide, & Tyberiade Chriſtianos profligauit, Hieroſolymam vrbem an. 1187. ſubiugauit Indè Veneti proprijs rebus antepoſita fidei cauſa, pactis inducijs cum Bela Pannoniæ rege ingentem decernunt claſſem, percuſſoquè fædere cum peregrinis ducibus in Turcas terribili nauium numero Syriam traiecerunt; vbi quamplurimè certatū, tandem Saladini fugata claſse, Ptolomaide recepta quod iure

belli

belli olim in ea vrbe ſibi quæſi-
uerant, recuperant. Indè claſſis
ex Syria reducta eſt, quippè cui
reparatione ſupplemẽtoq; opus
erat, tertio enim anno Italia ab-
fuerat. Hoc interim Piſani Ve-
netis æmulatione inuidentes,
ex æmulatione in odium, &
apertas inimititias Polam, tri-
butariã Venetorum, in Adriati-
co ſinu ſubito opreſsere incurſu.
rei indignitate commota Reſp.
nouam comparat claſsem, no-
què milite in ſupplementum,
veteri, addito Polam continuò
tranſmittunt, qua repentè rec-
cepta, piſanorumquè ibi reper-
tis concrematis nauibus, illicò
Methonẽ Veneta traiecit claſ-
ſis, vbi præſidiarijs Hetruſcorũ
fugatis triremibus duæ onera-
riæ à Venetis captę ſunt naues.
Anno 1198. Alexio Bizantij im-
peratori ſuccurrunt. anno 1200.
quià Venetorum gloria totum
per-

peruaſetat Orbem, hinc Galli, illinc Germani à Republica poſcebant naues quibus in Syriam tranſmitteretur miles. Chriſtiani Duces in Turcam moturi venere Venetias, percuſſoquè fœdere cum claſse nauium numero. CC.XL. Dalmatiam petunt, piratiſquè fugatis Iaderam cingunt, in qua poſt varias clades Venetum recantatur nomen. Hoc interim Alexius puer Iſachi filius, qui patrui ſcelera tas efugerat manus Venetis circà Iaderam hybernantibus ſuperuenit: hic de patrui contrà patrem crudelitate, multa queſtus, auxiliũ implorat, prò gratitudine incredibilia pollicetur. Pueri perorabant lacrimæ, auri promiſsa perſuadebant pondera; & hoc perſuaſi Veneti Gallique ad prima veris ſigna ex Dalmatia mouerunt Conſtantinopolim recto ſemper tra-

mite,

mite,ſpirante Fortuna. Profugi interea *I*aderenſes Venetæ claſsis audito diſceſſu piraticam renouãt, Pannonico regio muniti præſidio. Quamobrem Byzantium prima 240. nauium remigante claſſe, noua eodem tẽpore contrà *I*aderenſes piratas decernitur. Vincunt in Oriente, & capta Coſtantinopoli, occupato portu, hoſtium nauibus concrematis in imperatorem *Alexium* ſalutant puerum. Ingrata tamen fortuna, ſtatim enim per Murcyphum trucidato Alexio, cuius gerebat curam immemor ex infima plebe ab Iſacho ſe ad honorum erectum, culmen, aſpirabat tyrranidem. Ad hoc in Venetos paratis inſidijs ex vrbe repentè ægreſſus in Flandrenſis comitis ſtationes primum impetum facit: Is animo ſemper impiger ſtatim occurrit, temporiſque momento ar-

armatis copijs non ſolum æquauit pugnam, ſed territa hoſtium acie, non ſinè clade profugum remiſit Murcyphum. Indè Veneti Galliquè vt Alexij pueri perſequerentur penas, conſeſeſtim ad oppugnandam vrbem conuerſi, adeò pertinaciter terra mariquè continuata eſt pugna, vt non anteà ceſſarent, quam illis Conſtantinopolim cederet. Naualis inter omnes eo conflicto enituit Venetorũ virtus, aliquanto enim prius vrbem potiti illis, qui à continenti maioribus oppugnabant copijs. *Sabell. Moriſo.* Poſt victoriam Baldoinus Flandrenſis Imperator declaratur: Creta cum omnibus inſulis Ionij, & Egæi Maris Venetis ceſſit. An. 1207. Græcorum imperatori nauali ſuccurrunt præſidio. 1208. Corcyram viginti traducunt triremes, quandò vix extrà ſinum na-

nauigabat claſſis cum Leonem Vetranum natione Lyguſticũ eò tempore primum inter piratas cum nouem nauibus longis offendunt: inito certamine proſternũtur Ianuenſes, Vetranus capitur, ſuſpenſus pænam ſoluit. Indè digreſſi Methonem, & Coronem piratarum domicilia expugnarunt. Ianuenſes iterũ maria infeſtantes circà Sciciliã nõ longè à Drepano duodecim eorum interceptis triremibus fugantur. 1212. Domanturpiratæ, puniuntur Cretenſes, Byzantio ſuccurritur. 1214. Ianuenſes noua afficiuntur clade. 1217. Vngariæ Regem Syriam traducunt, tranſactione ab ipſo facta circà Dalmatiæ regimen. Ianuenſium duę intercipiuntur triremes, indè nauali obſidione ad decennium continuata Dyrrachium ſtringunt; rebellem Cretam recuperant: Imperato-

ri Conſtantinopolitano opem non vna vice ferunt, reportata ſemper victoria. Anno 1236. Pontificis contemplatione cōtrà Imperatorem expedita claſſe, propè Apuliam imperiales vincuntur naues. Fugatis græcis, 1237. Rhodum capiunt. 1238. Byzantium à Turcis oppreſſum leuant. Quindecim triremibus, 1239. Neopolitana inuadunt littora, alienatam recuperant Iaderam, indè Byzantium auxiliariā traducunt claſſem. Anno M. CC. XLII. ſexaginta expediunt triremes Ianuenſium gratia, quæ Dyrrachium non traiecerunt iam enim per Ianuenſes, fuerant fugati imperiales. M. CC. XLIII. Venetis per Balduinum ſolitis imploratis ſuffragijs, citò expeditur claſſis: eodē tempore nouo rebellis recuperatur Iadera. Anno 1244. inſtigante Pontifice Innocētio IIII.

Eze-

Ezelinum aggrediuntur tyrranum Pattauio ſpoliant. eodem anno Maris tranſitum Corrado Friderici Sciciliæ Regis filio gratuito ſupplicanti cōcedunt. *Bardi.* Anno 1250. cum Ianuenſibus reſurgit bellum; Omnes enim nationes, quarum armis Syria barbaris erepta, expugnatam Ptolemaidem per vicos diuiſanter: partem habebant Veneti, partem Ianuenſes, ceteras populi alij. Venetis cum Ianuenſibus quia propinquis comune dattum Fanum, propter quod mutua æmulatio, indè odium, tandem tumultus. Occupant fanum Ianuenſes, & quaſi turrim muniunt. Rei indignitate Veneti comoti, tredecim triremes, quas tunc Tyri tenebant, in altum deducunt, mox Ptolemaidis portus fracta catena, 23. naues Ianuenſium onerarias, duas triremes dempto

pto nautico apparatu diripiunt, ſubiecta flama conſumunt, fanum recipiunt, Ianuenſiumquè monumenta diruunt. Anno. M.CCLIX. Per Paleologum ſuſcepto imperio Conſtantinopolitano, Nauium triremiumquè expedita claſſe, ſua currunt propugnaturi, qua adeò incluſus Michael vt magis fame quã armis laboraret, *Bardi*. Nouum poſteà cum Ianuenſibus certamen, quibus per Venetos Piſanoſquè vigintiquinquè abreptis nauibus, ceteris demerſis vel fugatis ingenti inimicorum ſtrage, repetunt patriam. *Mirum, ſequenti anno nauem vnam Venetam, cui nomen Leo* 200 *naualium ſocciorum, &* 100. *militum munitam præſidio cum* 2. *triremibus ante Tenedum à* 20. *lyguſticis triremibus obſeſſam. omnes in fugam egiße Conſtantinopolim verſus. Moriſoto.* An. 1266. antè Drepanum XXIIX

Ia.

Ianuenſium occurſantibus triremibus, attrox ſequuta eſt pugna, Venetoquè memoranda victoria. 2500. fuere captiui. 1200. ferro necati; totidemquè fluctibus fuere ſubmerſi: 24. naues captæ, reliquę media in pugna depreſſæ *Moriſoto*. An. 1267. iterum fugantur Ianuenſes nõnullis triremibus captis. 1268. in Scicilia de nouo fugantur. An. 1271. cum mira frumenti penuria Venetos afligeret, ad Taruiſinos, Ferrarienſes, & Partauinos (quibus ſeruitutis iugũ contra Ezelinũ fuerat per Venetos ademptum) recurſum, vt in tanto diſcrimine Venetos de ſe benè meritos leuarent, nequè preces tamen, nequè pecuniæ, vicinorum vicère ingratitudinem. Tum Veneti rei affecti indignitate, vt ingratæ nationes cognoſcerent, quam humanè ſecum ad eam vſque diem actũ

eſſet,

eſſet legē quæ ad hūc diē tenet, promulgarunt. *vt omnes qui intra Phanaticum ſinum, & Padi fluminis oſtia negotiorum cauſa nauigarēt, vectigal Reipublicæ penderent: ad quod perſoluendum, & ad mercem ipſam (ſi Magiſtratibus ità libuiſſet) eſtimandam Venetias venirent. cui legi ne fraus fieret, nouus Magiſtratus eſt creatus: huic aliquot nauigia, quibus omnem oram maritimam perluſtraret, data. Sabell. Bardi Faroldo*. Indè noua bella inter Hiſtros, Anconitanos, Bononienſes ex vna, Venetoſque ex altera inſurrexere: hinc, & indè memorandæ cedes. Anconitani tandem videntes maiori conatu Venetos ſemper inſiſtere, fractis animis pacem querunt, & ſequentibus datur conditionibus. vt legem de portorijs Anconitani reccipientes, Venetos totius Adriatici maris legitimos poſſeſſores, & dominos

quod

quod à prioribus Pontificibus iam anteà ſolemniter declaratũ fuerat, fatterentur. Idem recceperunt Bononienſes iam poſt triennium prælio victi. *Petr. Juſt. lib. 3. p. 58. Sabell.* articulis cõpoſitis Nicolao Pontifici 20. naues longas ad traijciendum pontificium auxilium in Aſiam obtulere, aliaſquè quinque ſuo nomine inſtructas adiunxerunt quibus in Syria contrà infideles fortiter eſt pugnatum. An. 1294. claſſis nauium 66. in Ianuenſes expeditur, quorum iuriſditionis Pera oppoſita Cõſtantinopoli à Venetis comburitur: indè ad ſolia vetera eiuſdem ditionis admota claſſe oppidi maxima pars donatur incendio. Victus Lygur gemino prælio ſeptuaginta triremibus vindictam tẽtat, obuiã Venetũ habet nonnaginta quinq; munitum triremibus, Carolo Dãdulo

præeūte: congrediuntur claſſes, cedeſquè teterrima vtriquè inflicta nationi; fuſis tamen Lyguribus fediſſima eorum oritur ſtrages profligata prorſus ac deperdita claſſe: ità veritas, quid quid ſtrepent Ianuenſes; Danduli fingentes captiuitatē: *Bardi*. Fracta Ianuenſium claſſe non tamen fractis animis reparant arma non enim de vico aut æde, ſed de maris litigabant imperio. *Sabell.* Erat tunc (quod nota) non tantum cum Ianuenſibus ſed etiā ipſis Turcis apertæ inimicitiæ. Expedita claſſe lōge lateq; inſectatis barbaris omnē oram maris circa Inſulas Syriamquè à Turcarum vindicarunt iniuria, plurimis eorum oppreſſis nauigijs. Smyrnam vrbem expugnarunt, captamquê cæſis oppidanis valido firmarunt præſidio. Eodem tempore altera deſtinata claſſis Ia-

nuenſes cum nauibus quatuordecim ad Caryſtium offendit portum, vbi confecta pugna cũ decem longis nauibus & 70. nobilibus Lygurum Præfectus fit Venetorum captiuus, ignobili multitudine, quæ prò numero nauium ingens fuit, deſiderata. *Moriſot.* Anno 1303. Græcanicas excurrentes inſulas Veneto ſubiecerunt nomini, quas tamen fidei vrgente cauſa, quia Turcæ infeſtabant maria, illicò reſtituerunt; Gulphum piratis purgarunt; Ferrarienſibus opẽ tulerunt; Græcos caſtigarunt. Anno 1315. in Oriente quadraginta triremibus ſua propugnãtes Ianuenſibus nonnulla abripuere nauigia, quibus continuè infeſtabant maria. 1323. noua clade perduntur Ianuenſes, iterumquè per Venetos illis renouantur vulnera nonnullis longis nauibus abreptis. 1332. Tur-

cas vincũt: Andronicũ Paleolo-
gũ cinctũ obſidione ſoluunt: ſe-
quenti anno eidem Nicæam à
Turcis opreſſam, proprijsquè
vindicatam donant armis. 1334.
noua clade fuſis fugatiſquè
Turcis Polam contra Aquileiē-
ſem Patriarcham recuperant:
venientibus annis vſquè ad
MCCCL. aut contrà Turcas,
aut Italiæ Principes Venetæ
inuidentes gloriæ, altiora eri-
gentes cornua, validiſſimis prę-
liantur claſſibus. Ianuenſes in-
terim natura Venetis inimici
quum maritima quædam in Pō-
tici maris ora tenerent, noua
ſemper molliebantur, vt totius
Pontici maris Venetis excluſis,
ſibi pararent imperium. Claſſe
itaquè expedita, cuncta maria
ab Helleſponti faucibus vſquè
in Peloponeſſum infeſtare cæ-
perunt. Contrà ipſos cum trire-
mibus M. Rucinius delegatur,
cui

cui iuncti Piſani, Arragones, & Græci, ſimul omnes à Lygure intrà Boſphorū fugantur, Thracium, ingenti clade ſternuntur. Loci anguſtiæ, vbi comiſſum prælium aſſignata eſt culpa. Poſt conflictum Piſo cui ſumma imperij erat demandata poteſtas, cum Veneta & Regia claſſe Cretam petit, vbi reſarcitis triremibus, hoſtem repetijrurſuſquè ad pugnam prouocauit. Lygur verò euitato congreſſu ab inſeſſo loco diſcedere non eſt auſus. Reparata igitur claſſe, nouiſquè in ſupplementum adiunctis nauibus, confeſtim relicta Gręcia in Sardiniam cum tota claſse venere, vbi quā occultiſsimè Veneta Hyſpanaq, iūctæ claſſes irruentē excepere Lygurem; neſciebat enim in Sardiniam Venetos adueniſſe; Sed cum veneti exeuntes, erexere ſigna, claſicumquè in Ve-

netis decantaretur puppis, fra-
cti animo fugam arripuiſſent
niſi Veneti iniectis harpagoni-
bus, tenaciquè nexu iunctis na-
uibus interclułiſſent: attrociſſi-
mum fuit certamen, æternaquè
Venetorum gloria; duæ enim
& triginta captę triremes, vix
eorum prætoria cum vna & al-
tera ſtragem euaſit. Sic fractis
Lygurum animis Io: Vicecomiti
Mediolanenſium ea conditione
ſe vrbemquè ſuam dedere, vt
contrà Venetos Arragoneſquè
tueretur. Vlciſcendi libido, li-
bertate quam maior. *Moriſoto.*
Ceterum cum mutua illata eſ-
ſent damna, Lygureſquè Vice-
comitum tæderet dominatio-
nis, inter ipſos & Venetos sā-
cita eſt pax. Anno 1360. deſi-
gnatis liminibus inter Venetos
& Ludouicum Vngarię regem,
fæliciter prò Græcis in Turcas
pugnarunt. Anno 1364. recu-
pera-

perata Creta, Patriç hoſtibus impoſito iugo, Conſtantinopolim contrà Turcas traduxere claſſem (videas; quanta pietas, quantaquè Venetorum religio: quoties religionis vrgebat cauſa, vt ſibi propria, præteritis etiã rebbelibus vindicabatur,) Anno. 1366. ingenti clade Turcas proſternunt, piratis mare purgant. An. 1372. Inter Venetos & Ianuenſes noua circà præcedentiam insurgit altercatio, comutatiſquè iurgijs, aperto marte reſurgunt odia, fædus cum Rege Cypri augebat diſſidia. Hoc interim nauali claſſe Ioãni Paleologo Conſtantinopolim ab Andronico occupatam reſtituunt, proprioquè contrà Turcas muniũt præſidio, Inſulam Tenedi pro gratitudine Venetis Paleologus reſtituit. Inuidi verò Ianuenſes citò hoſtili animo res inua-

uadunt Venetas, accurrunt iſti, & ad Ancium obuiam habent Lygurem, in quem ſtatim mouere. Ad duas horas conflictum demum Ianuenſium cadente fortuna, claſſis præfectus ferè cum omnibus nauibus, Venetorum traditur manibus. In ea pugna duo deuiginti nobiles Ianuenſes capti, ex turma octingenti, deſiderati fuere ſexcenti. Anno ſequenti Piſanus Venetæ claſſis Prętor, qui Polæ cum triremibus vna & viginti ſubſederat, è portu exiens, Ianuenſium quatuordecim offendi naues, decem alijs per Ligurem intra Promõtorium Polæ propinquum in inſidijs locatis, quarum clandeſtinus aduentus Venetis penè fuerat ignotus. Piſanum vibrantibus gladijs prouocabant, è contrà inſidias in hoſtilli claſſe vir vndequaquè maritimus ſuſpicans, quia per

per totiès fugitiuos prouocatus, fugiebat: Ductorum tamen quorundam increpatus vocibus, primus (nè argueretur timoris) in hoſtem vadens, eum alto aggreditur mari. Vtrimquè ferociter concurſsum, aliquandiù ancipiti pugnatum prælio, Prætoria Ianuenſium cum naue Piſani congreſsa, cadit Lucianius Doria claſsis imperator Donati Zeni lancea traffixus: mixta igitur pugna Lygur non tam metu quam conſilio ſenſim retrocedere cepit, vt in inſidias Venetos traheret: eò ventum hoſtes cum decem nauibus ex inſidijs coorti reſtaurant pugnam, Venetos vrgent. Hoſtium impræſſionem aliquandiù Piſanus ſuſtinuit, non tamen longè potuit, ſuorũ fractis fugamquè capientibus, Victi igitur Veneti Humagus, Gradus, Crapulæ, Clodia Foſsa
 oc-

occupatæ, pugnatúmque pene in ipſius vrbis vicis: & niſi Victor Piſanus è carcere ſubductus præfecturam maris ſuſcepiſset, Venetorum res dubiæ. Illicò Piſo vrbis portum tranſgreſsus copias contrahit, vitæ ac libertatis munimina cogitat, bellum reparat. Senatuſconſulto quadraginta armantur triremes, earum imperium Cõtareno demandatur Principi; cui duos adiunxerunt legatos Victorem Piſanum, Dominicũ Michaelem. Quatuordecim item triremes foris Carolus vir bellorum & pacis artibus inſignis, regebat: ſub eius regimine ſeptuaginta hoſtium varij generis nauigia ab eo demerſa, captaque fuiſse conſtabat, multaque alia ægregia tum in Lygures tum pro Caloianne Imperatore apparebant facinora. Tu dicas auſpicijs Piſonis &

Zeni terra marique labantem, reſtauratam patriam. In altum igitur per Piſonem deducta claſse, interim Carolus Zenus expectabatur, qui cum claſse foris, frumentariam Lygurum claſsem circà Sciciliam cæperat, onerarias eorundem circà Italiam interceptas depreſserat, cæteras tres mercibus onuſtas in ſuam redegerat poteſtatẽ; quidquid amæni ſoli à veneris portu vſque, patet, deſolauerat: antè Tenedos cætæam Neapolitanã à Ianuenſibus conductam, duas alias Lyguſticas ante Rhodum totidem iuxtà Cijprum, ex pugnauerat, cum iuſsus eſt patriæ ſuccurere. Dum nauigat Zeno, imperatore pedeſtrem dirigente aciem, magna Lygures Afficiuntur clade, quorum tria millia deſiderantur, ſuprá ſexcenti capiuntur. Tanta clade reccepta, Ianuenſes qui in Brun-

dulano portu obſeſſi per Piſo- nem ſtabant, triremibus incen- ſis, nè illis Venetus potiretur, Clodiam ſe reccepere: Duæ per Piſanum ibi excubantem ab incendio eripiuntur: ſequen- ti die decem aliæ nautis remigi- buſquè nudatæ capiuntur. In ſtagnis pariter hic & indè varia pugnatum fortuna. Octuagin- ta demum à Venetis capiuntur nauigia, quę à Carrario in ſub- ſidium oppreſsorum inſtructa fuerant. Tantis blocati pericu- lis Ianuenſes, non niſi fugam parabant, qua vndiquè tranſ- greſsa, ſola reſtabat deditio; vt quam fugerent, Legatos ad præfectos & tribunos, qui in Venetis degebant caſtris, clam mittunt, oblatoquè ingenti auri pondere, orant vt fraudato Veneto in patriam remitteren- tur immunes. Ex munere gli- ſcebat ſeditio, cognita tamen com-

comprimitur. Paulò poſt ad Principem Legati mittuntur, vt honeſtis conditionibus Ciuitatem recciperet, à quo triſte reportantes reſponſum, fame quaſi extincti, odij ardore inedia ſuppreſſo, deditionem fecere. quinquaginta naues oppreſſas; quatuor millia captiuorum in vrbem ducta, quorum tria millia Ianuenſium, fuiſſe ſcribit *Moriſoto*. Indè omnia præſidia & oppida quæ in ſtagnis erant: cedere Veneto: Iuſtinopolis quo Lygures confugerant per Piſanũ donatur incendio, ipſe etiam paucos poſt dies morbo correptus vitæ claudit periodum. In eius locum Zenus ad annum creatur, qui dum Dalmaticam legit oram, 12. nauigia Illirici nominis cæpit: Interim per Aymonem Allobrogum per ſex annos iam digladiantes nationes compoſitæ

ſunt, reuocatoquè Carolo, qui gemens fremẽſquè in fugitiuũ Lygurem tutam claſſem Patriæ reſtituit. Anno 1393. In Turcas obſidentes Byzantium expedita claſſe, cum Cypri Rege in eoſdem Turcas fædere iunguntur. Anno 1396. prò imperatore in Otthomanos iterum mouẽt. In medio Padi quãplurimis inſigniti tropheis Viſcõtis nobili potiuntur victoria. Anno 1403. in Sarrhacenos benè pugnant. 1423. nouæ inſtruuntur triremes, vt Græcis in Turcas opem ferrent. 1425. Philippum mediolanenſem in Pado vincunt. 1428. Turcas aggrèdiuntur. 1412. nauali claſſe: Doclealcæ capiuntur Turcæ proſternuntur. 1452. oppugnante Mahometto cum trecentis & amplius bellatorũ millibus, nauibus verò trecentis & ſeptuaginta quinquè By-

zantium, tres Venetorum triremes, quæ ex Pontica nauigatione redibant, vt christianæ vrbi auxilio eſſent, in portu ſubſedere, multumque iuuarunt 1460. noua Græcis in Turcas expediuntur auxilia. Idem ſub anno 1462. Ab Imperatore Turcarum aperta iniuria Veneti laceſſiti arma induere contrà immaniſſimum hoſtem, qui ad Peloponeſſum occupandũ, animum adijciebat. Eſt ipſa Peninſula inter Egæum & Ionium mare poſita: Dominabãtur Thomas & Demetrius fratres nobili Græcorum ſanguine nati, ipſam barbari cum maritimo ingenti apparatu adorti, Græco ſpoliant principatu; Venetos quoque nonnulla ibi tenentes oppida, expellere tentat. Veneti è contra ad propulſandam barbarorum iniuriam, valida inſtructa claſſe poſſeſſa

propungunt. Legatis poſteà ad Mantuanum miſſis Concilium, quod Pius Pontifex indixerat pro decernendo in Turcas bello, cunctis votis illud decretum. Primuſquè Venetus belli promittit partem; vndè Pius Pontifex in hæc verba pleno conſiſtorio prorupiſſe dicitur. *Benedicti ſint filij noſtri, Veneti: benedicta ſit eorum tam pia, tam, ſancta intentio, benedicat Deus Chriſtianiſſimam Rempublicam, & Senatum eorum adiuuet eiſquè honorificentiſſimè aduerſus Turcas præſtet victoriam*. Petrus iuſtin. lib. 8. Comuni Chriſtianorum percuſso fædere, cuncta armis terreſtribus naualibuſquè obſtrepebant nã hinc Italia, Germania; illinc Gallia Hiſpania nouum quid in Turcas molliebantur, quum Pius Pontifex Anconem progreſſus, paulò poſt Principis &

Ve-

Venetæ claſſis appulſſum vita deceſſit. Poſt Pij interitum tanti belli onus ſoli Veneti ſuis viribus multis deinceps annis ſuſtinuere, ceteris Chriſtianis Princibibus ſecurè, & otioſè ſpectantibus Rempublicam prò orbe chriſtiano laborantem: quin cum riſu, Venetorum, annuentibus cladem. Quo non obſtante ſub auſpicijs Petri Moceniici quamplurima in Turcas geſta fuere facinora. Vltimò tam feroci vrgente hoſte, terra mariquè oppreſſi non vna poſt reccepta clade, cæptum eſt de pace cum Otthomano agi &, magis neceſsaria quam glorioſa reccepta: nam traditis inſulis, ſolutis pecunijs, nil recuſarunt, quod barbarorum expleret ſitim. Nec mirum ſi Venetorum gloria tanto cõſternata dedecore poſt 40. & ſupra annos belli in Turcas,

caſ, ſuccumberet. Nullo enim Chriſtianorum Principe ferente ſubſidium immò cum riſu & gaudio, tantæ Reipublicæ auditis cladibus, Pontifice, Regibus, Principibus hoſtilem gerentibus animum; viginti & ſupra an. Turcarũ bello feſſi, ſubditorum indemnitati ſtudentes, viſi potius cum regni detrimento Reipublicæ comparare ſalutem, quam vltimum patriæ experiri eccidium. *Sabell.* An. 1472. Iacobus Cypri Rex graui decubans morbo, teſtamentarijs tabulis Catherinam coniungem M. Cornelij Veneti ſummi Senatoris filiam, poſthumumque ventre ſeruatum Veneto comendauit Senatui, paucisque diebus poſt ex humanis migrauit. Subitò repentini motus regnum turbarunt. Aſpirabat Carlota defuncti ſoror regnum aſcendere, ob id

Venetorum tentauit opem, fruſtrà tamen. Rex enim antequam vita decederet teſtamẽto condito ſeptem inſtituerat cõmiſſarios, inter quos Andreas Cornelius Reginæ patruus Rochaſij comitatu donatus; Arhiepiſcopus Regni; cæteri ex aulicorum numero: mandãs vt hi omnes Poſthumi tutores, regni tenerent curam vſquè dũ ad legitimam proles veniret ætatem: poſthumo verò ſinè legitimis filiis decedente, Catherina coniux in regno ſuccederet. Mocenicus ergò Venetus imperator citò accurrens partim armis, partim conſilio, cõmpoſito tumultu Catherinã quõdam Regis coniugem in regno confirmauit. Inde in Ciliciam regreſsus, nouis Hiſpanorum motibus cæpit inſulã agitari, ſuaſione cuiuſdam Antiſtitis Cyprii, qui apud Ferdinandũ

Re-

Regem oratoris tunc fungebatur munere, vt ſe auctore, Iacobi Regis filiam ex concubitu natam filio Ferdinandi & ipſi notho deſponſaret. Non recuſauit Ferdinandus, duabus citò conceſſis triremibus in Cyprum cum ſatelitum expedita manu Antiſtitem mittit. Mocenicus, qui Methone erat audito regiarum triremium acceſsu, ratus non fruſtra eo nauigaſse, duas & ipſe expediuit triremes, vt interpellata Regina, nouitatis ſpecularentur interna. ab iſtis Mocenicus certior factus, niſi inſulanorum conſilia citò Venetæ claſſis aduentu opprimerentur, Inſulam in vltimum fore diſcrimem. His auditis octo aliæ in Cyprum expediuntur triremes, ceteram diſponente claſsem. Interim Cyprii coniuratores necato Andrea Cornario, Marco Bembo ſororis filio

truci-

trucidato Regiam accupant, arces proprio muniunt præſidio. Quibus vſurpatis, certiore per nuncium Ferdinando facto, Venetias oratorem expediunt, vt Cornariæ cædis lenirent attrocitatem, vel ſaltem bellum protrahærent, quouſquè Ferdinandi ſuperuenirent auxilia. Suorum interim litteris Imperator Mocen: excitus, ſtatim copias contrahit, cum totaque claſſe Ciprum feſtinat, quo delatus, Phamaguſtæ (eo primum appullerat) expoſitas ſub vmbra recognitionis luſtrauit copias: ibiquè caſtramentatus, Regiam poſtea armatorum comitante manu ingreditur. Eius aduentu perteritos coniuratos ſtatim fuga diſtraxit. Inde accerbiſſima, ſuper Cornelij nece, habita quæſtione, culpæ reos capitali affecit ſupplicio; ſuſpectos in exilium egit; fugi-

tiuos

tiuos proſcriptis bonis, igni & aqua interdixit. Ità Cypri rebus compoſitis regio Cornelia reſtituta culmini; viginti triremibus in præſidium datis, poſt ſalutatam reginam à qua ſcuto eximij operis, purpureoquè donatus vexillo in Pelopeneſſum contrà Turcas nauigauit *Bardi. Sabell. Moriſoto.* Anno 1481. Ferrarienſes ſequutum eſt bellum. Hercules enim cum Ferdinandi Regi filia matrimonio iunctus, altiora mente volueret. Venetorum violatis fæderibus, vectigalia per ſubditos fraudaret: Propè confinia contra fædus noua extruere menia; immunitates Veneto competentes violaret. Prius amicis interpoſitis monetur, nec deſiſtens, armis tentatur; Pontificiſquè cum Venetis inito fædere, terra mariquè opprimitur, ferè principatu ſpoliatur. Vſ-

que

què enim ad Ferrariæ portas, ſuperbiſſimis Venetorum plantatis ſignis, nil reliquum ſperabatur præter miſerimam deditionem. Et niſi Pontifex Sixtus inſperatè defeciſset, res Ferrarienſium penè deplorata plangeret. Veritus tamen nè Venetorum excreſceret potentiâ, a ipſo christianis coniuratis Principibus monentur ſtatim ab armis deſiſtere, imò reſtituere eo bello capta; quod Pontificis erat indictum nomine; Pontifici igitur non minus reſpondendum, quam toti Italiæ monſtrandum ſolo Sixto auctore in Herculem illata arma, cēſuere Patres. Indè ne Venetum nomen gentibus irridendum exponerēt, bona ipſius venia, bellum impulſore Pontifice ſemel ſumptum, ad exitum velle perducere. Veneti interim de bello ſolliciti, quia nullus in Italia

lia princeps, à quo non arma in ſèparari cernerent, maturis viribus terra mariquè propria firmarunt. Quinquaginta ſex nauiũ inſtructa claſſe Calabriam Venetus adortus Gallipolim aggreditur, expugnat, dein intima prouinciæ penetrat loca. Hiſcè territus Ferdinandus, cũ domeſtuo bello ſe implicitum videret, proximumquè prępotentem formidans hoſtem, ad pacem reſpexiſse creditur, nec multo poſt Veneto glorioſam nomini ſequutam. *Sabell. Bardi.* Anno 1486. Egyptio Rege nouum quid ſyrio mari molliente, nouam Veneti inſtruunt claſsem, qua in Cyprum expedita, omnia breuiter fuere pacata. *Petrus Iuſtin.* Anno 1500. Græciam aggredientibus Turcis Methonem Coronem perdidere Veneti, paulò tamē poſt recuparunt non ordinaria Tur-

carum

carum clade. Contrà Gallos dein anno 1506. nauale terreſtrequè ſucceſſit bellum. Veneta claſſis in Apuliam profecta, Monopolim inuaſit; & Gallorum liberauit iugo: Pulignanū, & Mola munitiſſima expugnauit oppida. Anno 1508. Duce Pontifice Omnium chriſtianorum Principum fædus contrà Venetos percutitur; noſtra tamen inſtructa claſſe quam præclara ædita ſunt facinora, ea ſub ſilentio quià magis terreſtri quam nauali, iniuſto opprimebantur bello. Anno 1527. Veneti Gallis iuncti Hempolim aggrediuntur, Brunduſium expugnant, Apuliam deuaſtant. Ab hoc anno vſque ad 1573. nullum apertum bellum, piratarum præter, qui quotidie infeſtantes maria, continua Venetorum in Adriatico ſinu vſquè ad Aegeum mare, currente

claſſe fugabantur; diuerſiquè generis capta nauigia ad numerum 100. & vltrà. Anno 1537. in Turcas renouatur bellum, continuis enim Patres laceſſiti iniurijs, nè Solimani improuiſis opprimerentur armis centum roſtratas decernunt naues, vt in omnem ſtarent caſum, quando barbarus hoſtiliter Venetorum viſitaret litora. Dein cum chriſtianis Principibus inito fędere, ad Corcyram deſtinato curſu, Pontificis, Cæſaris, Venetorumquè ſuprà ducentæ diuerſi generis ſupputantur naues. Totidem ferè per Turcas nauigabant. Indè in altum digreſſi, congredi cum barbaro Veneti mirificè cupidi, claſſem inſtruunt. Solus Lygur Doria, cui Hiſpanicæ erāt comiſſæ triremes, recuſabat pugnam. Cum Venetorum imperator conuerſus ad Doriam hortabatur, nè
tan-

tanta vincendi perdita occaſione chriſtianam deſereret cauſam. Eius vt animum inflamaret, prelij vrgentioribus petitis partibus, primus hoſtem inuadere iurat, Deoque ſacrata anima, ſui corporis ſacrificio ſuperuiuentibus parare victoriam. In hunc modum, militum hortatus animos, ad pugnam accingitur. Interim ventus, qui in illam vſque horam proflarat, ſubitò recedens naues ab vtroque latere liquit inmobiles. Hac tranquilitate Venetum Galeonum adorti Turcæ aggrediuntur: Mauortia verò illa machina, tormentorum reduplicatis ictibus Turcicas quatiens triremes, Doriā inuitabat ad pugnam, proſperamque augurabatur. Ipſe verò an fraude, vel metu neſcimus, ſuarum nauium collecta parte vagabundus gyris atque mean-

dris adnauigabat. Sic nonnullis ex noſtris perditis nauibus vacuus tantus chriſtianorum irridetur apparatus. Pax indè auri & inſularum comparata prætio vſque ad annum 1572. inuiolata permanſit; ſolis infeſtantibus piratis in quos Venetorum armata claſſe ad cuſtodiã Adriatici, de more currente, quam præclara fuere facinora. In motus Turcarum poſteà quadruplex deſtinata ſucceſſiuè claſſis, cuius apparatus cum barbari ſolum exploratos haberent, diſſipatis conſilijs, redière Byzantium. Prima expeditio quæ centum conſtabat triremibus fuit ſub anno 1542. ſecunda quę erat centum & viginti triremiũ ſub anno 1563. Tertia numero eadem ſub anno 1564. Quarta 1568. in qua nonnaginta tres roſtratæ naues viris armiſquè paratæ, decem quoquè maiores
tri-

triremes, & viginti naues onerariæ cum minoribus numerabantur nauigijs. Anno tandem 1570. ſuſſurante Turca Cyprum inuadere inſulam, non puduit tyrrannum regnandi cupiditate Deos genteſquè nullò etiam fallere prætextu. *Cubàt Chiaus* Venetias à Selino mittitur Legatus, vt ſui Regis nomine voluntaria deditione ei Cyprus traderetur; & ſi negantibus terra mariquè indiceretur bellum. Hoc audito reſponderunt Patres Venetam maieſtatem, cui connata fidei religioniſquè defenſiò non ſolitam tã abiectè Chriſti deſerere cauſam. Idcircò Veneti citò nauali inſtructa claſſe, octuaginta roſtratas naues duodecimq; alios maiores triremes foris miſerũt, adiunctiſquè alijs viginti duabus circà Cretam ſtationem habentibus, ſuprà centum & qua-

draginta longarum nauium cō-ſlata eſt claſſis. Coniuratum etiam in barbaros per Pontificem, Philippum II. Hiſpaniarum Regem, & Venetos. Horum claſſes conuocatæ Meſſanæ circa Siciliam 203. dabāt triremes, 12. galeaceas, onerarias. 50. Signum prætoriæ à Pontifice conſecratum Ioanni Auſtriaco demandatur ſummaquè rei cauſa aſſentientibus ſocijs eidem creditur. Obſtrepebat in altum barbara claſſis, & ipſa ducentarum & amplius longarum numero inſtructa nauium. Sequebantur centum mahonæ ad bellica ferenda inſtrumenta; quæ omnia in Cyprum conuerſa lacrymabilem chriſtianam proſtituere cauſam: accepto vulnere remedium coniurati fore credebant ex pugna quam in mari annhelabant: eam non recuſarunt turcæ ad ſcopulos

cu-

curzolarios inter Cephalenam, & Naupactum nonis octobris, quinta ſermè diei hora (Diuæ Iuſtinæ commemoratione cur-rente) ſalutis anno 1571. inui-cem occurrentes claſſes pari ar-dore; turcæ ex oppreſſa regre-dientes Inſula, fideles excitati religionis amore præuijs Impe-ratorum Concionibus inierè pugnam. Primò ſtatim congreſ-ſu Venetorum catafractæ ex aeneis tormentis ferreos fulmi-nantes globos, barbarorum adeò conglobarunt ordines vt eo in cornu penè in fugam ver-terentur barbari; rei ſumam in hoſtili claſſe gerebat Ali baſſa, qui nomen imperatoris feroci pugna condecorare ſtudebat. ſpatio 18. horarum hoſtiliter ſuſpenſam tenuit victoriã; eius tandem debellata triremi ſemi-uiuus capitur; cuius vt auulſum è cadauere caput ſpiculo infixũ

apparuit, omen vtriq; nunciauit bellãti, in faus tum ſuis, glorioſum fidelibus 200. enim naues captæ. 25. millia hominum cę- ſa, quinque millia captiuorum inter quos duo filij Ali. deſideratis etiam è victorum parte militum tredecim milibus, octo mille vulneratis; nauibus amiſſis plurimis. Patricij Veneti numero decem feliciter nati, quia tam glorioſè extincti. ad quid tamen tanta victoria? dicant principes? reſpondeant hiſpani? ſi Inſula, cuius gratia tanta conſtructa claſſis, tanto maria conſperſa ſunt ſanguine, adhuc ſub barbarico languet oppreſſa iugo? Si pro ipſa poſt receptã victoriã vela nec data. *Si in Cyprum ire audacia, aut voluntas Victori fuiſset, nulli dubiũ erat, Turcam inde pulſum iri, hoc bonæ fortunæ Venetorum inuiderunt, ſubſtraxerunt, & extranei duces, reui-*

ſendæ

ſendæ patriæ poſt hanc victoriam, cupidi excuſanteſquè reditum proximitate hyemis. vſquè adeò hæc victoria Venetis conſtitit, vt ab ea die totam Cyprum ditiſſimam Inſulam amiſerint Moriſoto. Anno 1613. Vſquoqueſi Venetorum Turcorumquè inimici per totum Adriaticum piraticam exercebant. Indè conquerebantur Otthomani; quod Veneti ad quos vtì Adriatici dominos, nauigationem, ſpectabat dare pacatam, piratarum non vlciſcerentur iniuriam. Creſcebat tumultus, quia Oſſunenſis Dux, Pro Rex Neapolis Adriaticū, ciuitatem ipſam conturbabat inſidijs. Primi tamquam ordinarij puniebantur latrones, ſuſpendebantur in lignum. *Baptiſta Nani*, & ante ipſum *Moriſotto*. Oſſuna verò Hiſpaniæ humiliatus ad carcerem, inſidiarum pænam capite luit, eius

anteà claſſis iuxtà Cretam, vnica ſola Venetorum naui, cui præerat Fredericus Nani, in Naualibus vndequaquè præclarus, partim fugata, partim hoſtilem obtegere coacta eſt animum. Admirala Neapolis capta eſt in qua vltrà deſideratos, milites ducenti fuere captiui. *Baptiſta Nani* ſub anno 1620. p. 228. Anno 1638. Sunctorum Algeriorumquè piratæ cum ſexdecim triremibus, briganti nis duobus, Apuliæ infeſtantes oras in ipſo Vallonæ portu intrà Corcyram & Dyrrachium non obſtante munitiſsimo Vallo, quod ad portus cuſtodiam propugnat forte præſidiũ, ſuperantur. Quorum 1500. cæſi, triremes quatuor profundo datæ, reliquæ in uictoris venere poteſtatem. Captiui, qui ſub vinculis aut ad remos conſtituti detinebantur omnes ad 3734.
li-

libertate donantur *Moriſoto. Baptiſta Nani*. Anno 1644. Thraces (quibus regnandi cupiditas nullo rationis moderamine recta, quidquid iuuat, licere demonſtrat) Claſſem extruunt, nauilijs innumeris terribilem, Vniuerſo potius quam Inſulæ comminaturam exitiũ. In Venetos parantur inſidiæ, Creticumq; regnum inuaſuræ ordinantur acies: ſimulato tamen in Melitenſes impetu, impia tegunt conſilia; vagantequè fama, Venetorum innixa credulitati, augetur deſidia hoſtiũ exitus proſperatura. Inſurgunt inter Patres dubia, ſed in peius ſemper venit fiducia: pacis enim recenti fœdere compoſitæ pignus, tanta dirimi poſſe nemo cenſet impietate. Inceſſanter interim coaceruantur milites, ſolicitantur agmina, & eximia ſolertia belli apparatus & muni-

mina perficiuntur. Ioannes Su-
perātius Byzantij apud Turcas
Legatus, quæcumquè perſpica-
ciſsimè compræhendit; percur-
rit accuratè, vt certitudinem
augeret, omnibuſquè benè per-
penſis, vberiorem ſegetem ſuſ-
picionibus adfert. Turcarum
Regem petit, interquè tumul-
tus, Reipublicæ poſcit ſecurita-
tem; Addita inſuper proximæ
vnionis commemoratione, re-
ſponſumquè accipit, Thraces
Venetorum inuigilare quieti,
atquè ad ſolius Melitæ euerſio-
nem arma parari, & nihil indè
niſi vindictam offenſionibus ex-
quiri, vtquè fraudem ſacrilegio
tegeret, adiecit mendacijs iu-
ramentum. Multæ deindè in-
ter Superantium & Turcas ſeſ-
ſiones, ſed eadem ſemper pro-
poſita reportat, mentita ſimu-
latione, nullaquè veritate fir-
mata Thracibus, Reipublicæ
pacem

pacem turbandi, longè curam abeſſe. Immò Regni deletis conſuetudinibus, nulla, vt moris eſt, intimatione Venetos admonent, ſed maiori taciturnitate dolum ſuadent velandũ, vt inſcientes aggreſſi ijſdem vnum & idem ſint, impetus & victoria. Superantius attamen quocunquè explorato progreſſu, Patribus, Turcarum aperit mentem, & in Cretam inſtrui vires exponit. Varijs hinc libratis conſilijs tandem defenſio decreta, cum præcipuum munus imperij ſit, adepta tueri. Lentè tamen Veneti inſurgũt, nè diffidentia Thraces prouocarent, & quod dubitationibus adhuc latebat, furor verteret in certitudinem. eo magis Turcæ ſoliciti, muniunt exercitus, vt exeant. Interim Andreas Cornelius Generalis in Regno, eiuſdem curam ſuſcipit, ſed non

permittente feſtinato Turcarum motu; quamuis quod poteſt; non tamen vndè ſuficiat, Cydoniæ proſpicit in venturū. Exeunt Thraces centum, & viginti nauibus, militibus onuſtis, trecentiſquè & ſexaginta tribus inferioribus nauilijs belli munimentis refertis conſtructo exercitu militibus ſexagina mille. Quiduè agendum, *Selectari* Generali præfecto, Hybrahim mandato ſeruauit occluſum, non exponendo niſi in Aegæo mari tutis viribus deueniſſet; Tunc Cydoniæ inuaſio firmata. Regni incolæ hoſtium numero antea dubiè relato pauidi, priùs prodigijs, deindè inopinato impetu perteriti potiùs fugæ conſulunt, quam conſtantiæ. Antonius Nauagerius Cidoniæ præfectus poſcit opem & ſubſidia, mœnia enim dirupta validæ obſidioni haud repugnare

poſſe

poſſe demonſtrat. Fulcitur, ſed temporis anguſtijs, imperfectè. Interim Turcæ Sancti Theodori arcem expugnant, ſed prius milites quadraginta defenſioni incluſi, reſiſtentiæ inhabiles cuniculo extructo & ſibi & quingentis Turcis mortem adferunt. Indè in Cydoniã aductus exercitus; Paucis militibus, minoribus munimentis aggreſſa reſiſtit. Diù excuſſa, numquam cædit cuniculis, bombardis, tormentis debilitata, ſemper eadem. Antonius Nauagerius iterum petit ſubſidia, quæ quidem ab Andrea Cornelio accelerantur, ſed ſorte parum fælici aut immorantur, aut diſperduntur. Militum agmina introducuntur, ſed partim timore partim pugna aut fugata, aut euerſa, debile afferunt auxilium immenſæ neceſſitati. Duobus itaquè menſibus,

con-

concuſſa ſemper impauida, tandem neceſſarijs deficientibus, ſponte cedit, Thracum ſtupore potuiſſe exilem numerum immenſas vires oppugnare. Triginta enim mille milites extincti longa obſoeſſione, victoriæ gloriam Turcis demere potuerunt. Deinde multis vicibus certatum, tentantibuſq; Venetis Thraces expellere ſorte non proſpera pugnatum, vel ſi proſpera non vtili, Otthomanicæ enim vires Hydra fæcundiores vno reciſo capite, centum pullularunt. Rithymæ Ciuitatem & arcem inde obſident, adiectiſquè viribus eximijs ciuium terrore peſtis cæde omnia deuaſtante, audacter occupant; non tamen robore, ſed ſponte cædentibus Venetis, inæuitabili ductis neceſſitate. Cydonia capta, non tamen Regni totius dominium Turcis permiſſum;
con-

conſulunt Veneti, reliquarum vrbium, & præſertim Cretæ ſaluti. Itaquè conſtructa claſſe, tot annorum ſpatio, Regno gloriosè præſeruato, ſubſidia impedire contendunt, vt munimentis debilitati Thraces reddere cogantur, id quod impiè vſurparunt. Aegeum mare percurrit claſſis ſemperquè cõſtans, barbarorum vires eluſit. Satq; eſt gloriosũ Reipublicæ, paucis proprijſquè ſolis viribus ſi non euertere progreſſus ſaltèm hoſtibus turbare.

Hic conſonum eſſet Heroum nomina percurrere, qui prælijs interfuere, & victorias conſilio, viribus, ſanguine decorarunt. Sed cum propria virtute, famam ſatis fatigent, negligunt hiſce lucubrationibus, potius vmbris affici, quam illuſtrari ſplendoribus. Poſſem equidem Thomæ Maurocæni, Laurentij

tij Marcelli, Lazari Mocenici, glorioſa funera recenſere, qui barbarorum cædè, ruinaquè inſigniti aut Reipublicæ gloriæ quamuis victorias funeſtarint, tamen triumphis coronati in ſinum immorralitatis deuolarunt. Poſſem Io: Baptiſtæ Grimani, Iacobi à Ripa, Aloyſij Mocenici. II. & Aloyſij Procuratoris; Ioſeph Delphini; Franciſci Mauroceni, Barbari Baduarij; Georgij Maurocæni; virtutes ennarare, quorum ſub regimine reliquæ victoriæ perfectæ, qui multis laboribus, & periculis nomen ſacrarunt ęternitati. Ioannis Superantij apud Hoſtes Legati ludibria, qui affectus contumelijs, irriſionibus, iniurijs, omniquè neglecta & aſpernata ratione, etiam in carceres detruſus; non enim Thraces exiſtimabant Rempublicam ſatis offendi, niſi

ænor-

ænormiter, & in Legatum ſæuirent. Sed meum longe aberrat inſtitutum: ex ſolis enim naualibus victorijs, maris dominium arguere contendo, nec Hyſtorici munus ſubeo, niſi inductionis neceſſitate; nequè factorum, ſed argumenti gratia, geſtorum memorabilium inſero ennarationes.

Itaquè Anno 1646. die 16. Februarij in Zeos inſula barbarorum naues ad maris tempeſtatem effugiunt. Melos Venetorum turbæ receptæ inopinato impetu hoſtes aggrediuntur, eiſquè fugatis nauium dominio liberè potiuntur. Parua deindè pugna marte tamen æquali. Turcæ vindictam parant, obſeruataquè in Aeuboico ſinu immenſæ magnitudinis naui eius tentant exitium, nulla tamen fuit vis tormentorum, nullus roſtratarum nauium impe-

tus,

tus, nullum obſidium, trecentiſquè bombardarum ictibus percuſſa, numquam ceſsit. Tandem ſuperuenientibus socijs victoria perfecta. Turcarum naues obrutæ, milites cæſi, capta mancipia, nobileſquè & infimi, pari iactura interimunt innumerabiles. Pauca venetorum cædes, ſoliuſquè Thomæ Mauroceni funere victoriæ ſplendor obumbratur. Anno 1647. die 14. Maij. Turcæ Cydoniç ſubſidium vehunt, aduerſantur Veneti, dumquè hoſtes pugnam reformidant, & ad alimenta paranda alibi effugiūt vigilanter inſequuntur. In Scyros inſula pauidi tandem coacervantur: ibiquè ſtatim quamuis aeris intemperie fatigati, concurrunt Veneti: contumelijs irritati Thraces negligunt prælium, tum bombardis vexantur non ſinè maximo exitio.

tio. Tenebris protectus Dux Thracum triginta fulcitus triremibus fugam arripit: parua retrolinquens nauilia, belli tamen onuſta munimentis, nec non milites quindecim mille ſubſidio deſtinatos, in arce Ciſmæ munitos. Dumque Mytilenem petit, Veneti nè milites clam ſubducerentur, & Cydoniæ ſubuenirent, eos inuadunt; nec ſolum arce protectos inueniunt, verum etiam vallo in portus ingreſſu, conſtructo defenſos. Incitatis animis pugnā ineunt, tormentis exagitati nō extimeſcunt, ſuos vrgent ſucceſſus, triumquè horarum ſpatio decertati, vallum terrunt, arcis mænia diſsipant, multiſq; inſigniti trophæis de Turcica claſſe triumphant. Anno 1649. die 12. Maij, Venetæ naues in Hælleſponto parantur, vt Turcam exeuntem impediant.

Exeunt

Exeunt tamen Thraces pugnã-què recuſant, iter incæptum nulla gloriæ cupiditate immorantes: Inſequuti tormentiſquè percuſſi graui præiudicio tenebris incluſi ſubducuntur. Diù quæſita tandem Turcica claſsis detegitur, nonnaginta nauibus conflata in ſinu Phochiè ibi aggreditur, igneque in nauibus immiſſo, ibi vincitur. Anno 1650. 14. Iulij. In conſpectu Cretæ Inſula, fama, notiſsima Sancti Theodori adiacet validiſsimis munita præſidijs. Olim Venetorum iungebatur imperio, tunc barbaris deſeruiens luctuoſa gemebat captiuitate. Veneti eã redimere intendunt, noctu aggrediũtur expulſos incendunt milites, præbent auxilia, vniuſquè diei ſpatio ipſam euertunt, arcemquè deſtruunt, iterumquè Reipublicæ reddũt, innumerabilia ſpolia reportan-

tes.

tes. Anno 1651.10. Iulij In Aegeo mari dum Cretam inuadere Thraces diſponunt, occurrunt Veneti præuenientes, nulloquè pauore perterriti quamuis Turcarum vires centum & quatuordecim nauium numero protenderentur, Venetaquè claſsis ſolum quinquaginta, & ſeptem conſtaret. Renitebant Thraces, diuquè inſequuti, & excitati multis effugijs, & latibulis pernicioſam conabantur vitare fortunam. Tandem aſperrimè certatum; vndè glorioſius vinceretur. Triumphant Veneti, nauibuſquè quam multis merſis & captis inimicas vires debilitant, & hoſtilia propoſita turbant. Annò 1654. 27. Maij pariter in Heleſponto exeuntibus Turcis ad prælium paratis totis viribus totoquè robore contrà exiguum Venetæ claſsis agmen, inuicta conſtan-

tia ſuſtinetur impetus, & rabida pugna Veneti nō ſolum defenſioni, verum & offenſionibus inſiſtunt, aciemque dum propriam redimunt hoſtilem euertunt. Anno 1655. 23. Martij Arx vt vulgò dicitur *Volo* bellicis munimentis abundans, cōtinuum Turcicæ claſsis ſubſidium adferebat, hincquè inceſſanter quidquid ad victum ſufficeret, extrahebant Thraces. Aggreſſa reſiſtit, vireſquè reijcit, totiuſquè diei, & noctis ſpatio concuſſa multimodè, tandem euertitur, exigua Venetorū cęde, maximis indè ſpolijs abreptis. An. 1655. 21. Iunij in faucibus Helleſpōtiacis vt exitū impedirent hoſtibus, Veneti conſiſtunt; paruo tamen numero, vndequaquè diuiſis viribus, vt hoſtes vndiquè turbarent. Immenſa Turcarum claſſis, vt Venetos obrueret, exit

furi.

furibunda: reſiſtunt iſti, & ſex horarum ſpatio decertati, multis inimici nauibus euerſis, paũco exitio ſibi, & Reipublicæ gloriam parant. Anno 1656. 26. Iunij, in Helleſponto diù expectata tandem exijt turcica claſſis nonnaginta ſeptem nauibus terribilis, tenues Venetorum acies euertere diſpoſita, pugnam non differunt immò adeunt Veneti, fugientes Turcas inſequuntur, inſiſtentes vincunt, dimicantes conterunt. Soliſq; quatuordecim nauibus elapſis, ceteras diſſipant, vrunt, mergunt; innumerabili hoſtiũ obitu, totoquè virium robore deleto. Anno 1656. 13. Iulij, Tenedos Inſula diues opum, Byzantij in aditu conſtituta, ſexdecim miliarium ſpatio à Dardani ſepoſita faucibus, ſeptem diebus indurata obſidione, cõcuſſa tandem multo Tur-

carum dolore, maiori damno, maximo exitio deuincitur, ingentibuſquè trophæis eximia gloria obtinetur. Anno 1657. 3. Maij Barbarorum naues Aegæum mare percurrunt belligeris munitæ gentibus, omniq; bellico (vt moris eſt) fulcitæ ſubſidio, à Venetis inuaduntur paruo tamen agmine, & in conſpectu Scyros inſulæ, quinque horarum certamine multas adquirunt, reliquas fugant, præcipuis illarum ducibus victis & deuinctis, eximijs ſpolijs onerantur. Anno 1657. 18. Maij In portum Inſulæ vulgò Souazich multæ barbarorum naues confugiunt, vt arcis munimine forſam exitium euaderent; ibi parum tutæ, à Venetis vincuntur debellantur: medioquè die naues, arcem, Ciuitatem inſultant occupant, hoſtes fugant, multiſquè aucti trophæis inſigni potiun-

tiuntur victoria. A. 1657 19. Iulij Tenedos Inſulam iam Venetorum additam imperio ſubtripere tentant Thraces, accurrunt Veneti, ſed ventorum impetu diſperduntur naues. Turcæ occaſione arrepta debilem obſident numerum, maximo terrore non maxima ſorte. Reſiſtentibus Venetis, naues reliquæ ſuperueniunt, accenditur pugna, tribuſquè diebus decertatur, Veneti tandem triumphant. Quo, Veneta appulit claſſis, ibi palmæ ibi purpuræ Barbarorum tinctæ ſanguine ſemper ridentes; eò Barbaris facta terribilis, vt infelici non audeant decurrere ponto; Niſi certiores, Venetos habeant lõginquos. Hac fide, multa poſt naufragia, taciti properabant Alexãdriam Thraces an. 1662. nauibus quam plurimis, bellicis non tantum munimentis onu-

ſtis, ſed & mercibus reſſertis præcioſis. Opponuntur Veneti dumquè tenebris ſuperuenientibus ſperant illi ſecuritatem, eluduntur nocturnaquè excitatur pugna, non ſinè tamen maxima Barbarorum reſiſtentiæ. Tandem ſex horarum curſu prò Venetis Mars ſtetit, triginta duobus nauilijs captis; laboris inclyti trophæum. In futura eum meliora ſperate.

(*,*)

DE

DE MARI VENETO,

Seu Adriatico.

Cap. III.

DE Adriatico tractaturi, quid nominis præmittendum cenſuimus: ſtupidum enim Galenus vocat, qui ignorat quot res vnum nomen ſignificet. *claſſ.* 1. *pri. de elem. c.* 1. Adriaticum ab Hadria Tuſcorum colonia nominatur, quia in hunc dominabantur ſinum. Illi vero, qui Auſtrum verſus incolebant, potiebantur Tyrrheno, à quibus, & illud Mare *Tuſcum* fuit appellatum. *Tuſcorum* (habet Liuius lib. 8.) *ante Romanum imperium latè terra, mariquè opes patuere, mari ſupero, inferoquè, quibus Italiæ inſula cingitur. quantum potue-*

rint, nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcum, communi vocabulo gentis: alterum Adriaticum mare ab Adria Tuſcorum colonnia vocauere Italiæ gentes. Græci eadem Tyrrhænum atque Adiaticum vocant. Ij in vtrumquè mare vergẽtes incoluere valibus duodenis terras. Ex hoc habes male notaſſe Merulam *c.7. de maribus. §. inde verſus* Adriaticum ab Hadria oppido in finibus Piceni nominari. Hadriacum etiã appellauit. Seneca *ep.*89. Horati. *car. lib.* 1. *od.* 16. Virg. *Aeneid. lib.* 11.

Annis, & Adriacas retro fugit
Aufidus vndas.

Et Ouid. in Halientico.

Paſcer & Adriaco mirandus litore Rhombus.

Ptolomæus in *deſcript. Italiæ* Adriaticũ dicit, hodiè *Golfo di Venetia* apud omnes Geographos Hydrographoſquè ſcriptores.

Super

Super Adriatici ſeu Veneti maris limitibus non leuis inter auctores controuerſia. Ad Lacinium promontorium quod eſt in extremis Italiæ finibus, inter Petiliam & Crotonem in mari excurrens ab Auſtro; & Acroceraunium Epiri promontorium ab Aquilone; Corcyram vſquè in Oriente protendi, nulli dubium eſt, vt videre eſt apud Plinium lib. 3. c. 11. *In ora Senonum Gallipolis quæ nunc eſt Anza. Indè triginta duo millia promontorium, quod Acram Iapygiam vocant, quo longiſſime in maria excurrit Italia. Ab eo Baſta oppidum, & Hydrus, decem ac nouem millia paſſuum, ad diſcrimen Ionij & Adriatici maris, qua in Græciam breuiſſimus tranſitus, ex aduerſo Apolloniæ oppidi latitudine intercurrentis freti quinquaginta millia non amplius*. Ibidem, *à Lacinio Promontorio ſecundus Europæ ſinus incipit, magno*

ambitu flexus, & Acroceraunnio Epiri finitur promontorio, à quo ſeptuaginta quinquè millia paſſuum. Lineam ergò per meridiem à Lacinio, vel Locreoſi ſecundum alios, in Orientem Corcyram ducas, retrocedendoquè in Aquilone ad Ceraunios montes ſiſtas, & claudas. Quod ſi vltrà, Adriatici pretendis extendere limina, legas Ptolomęum in deſcriptione Italiæ, vbi extenſum habebis *Cretam* vſquè, mari Siculo per Ptolomæum non admiſſo. Sic in deſcriptione Siciliæ: *Sicilia clauditur ab Oriente Adria mari.* & in deſcriptione Peloponnēſi: *Peloponneſus finitur ab Occaſu, ac meridie Adriatico mari.* Tandem in Cretæ deſcriptione Inſulæ. *Creta terminatur ab occaſu Adriatico mari.* Ptolomæum ſequutus eſt Philoſtratus in Apollonij vita lib.5.c.3. *Meſſanam nauiga-*

runt ad fretum, vbi commixta ma-ria Tuſcum & Adriaticum diſficilem nauigantibus efficiunt *charybdim*. Procopius etiam Vandal. rer. lib. 1. cum è Scicilia in Affricam nauiga Belliſarius ſcribit. *Sublatiſquè repentè malis Gaulum, & Melitam inſulas velociter contingunt, quæ Adriaticum à Tyrrhæno diuidunt pelagus*. Lineam igitur à Melita in Cretam ducas, retrocedendoquè in Aquilonem, Adriaticum mare primo Pelopponneſi promotorio claudas. *Pelopponneſus* enim teſte Polomeo *finitur ab occaſu, & meridie Adriatico mari*.

Pars Adriatici eſt mare Siculum ante Siciliam, & Italiam in ſiniſtris, in dextris eſt Dalmaticum Illiricum, &c. hæcquè ſint ſatis ad cognitionem Veneti vel Adriatici maris, quod vel Corcyram vel Cretam vſquè extenſum, legitimè à Venetis poſſeſ-

ſum in ſequentibus probabo.
Difficultas quadruplex erit. Prima, Vtrum Veneti ſint domini maris Adriatici. Secunda quo titulo eiuſdem nacti ſint poſſeſſionem. Tertia an teneantur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. Quarta Vtrum littora territorij alienæ iuriſdictionis dicantur ſub Venetorum Dominio.

(*,*)

VTRVM

VTRVM VENETI

Sint Domini Maris Adriatici.

Cap: IV.

SEreniſſimam Venetam Rempublicam Adriaticum legitimè poſſidere mare nullus dubitat. Immò adeò certum vt Angelus *conſ.* 220. dixerit non eſſe de hoc diſputandum, ne diſputatio veniat in deriſum: indè tacitæ reſpondeo obiectioni, diſputationis gratia non præſens elaboratum opus, ſed veritatis æditum monumento. Scribam igitur quæ lippis & tonſoribus nota. Vidimus in libro primo anno Chriſti 400. Adriatici maris à freto Herculeo ad Helleſponti fauces, & vltrà dominos fuiſſe Romanos; à quibus impotenti-

bus factis cum Adriaci deſereretur cuſtodia, marinum hoc ſolum conſurrexiſſe comune, quaſi iure poſtliminij ad priſtinam reuerſum cauſam; vndè tamquam nullius factum primo concedendum occupanti. *§. & quidem cum ſequenti. de rer. diuiſione l. in tantum 6. ff. eod. leg. quod in littore.* 14. *ff. de adquir. rer. dominio.* hoc igitur ſuppoſito ſic argumento.

Bona in nullius primo conceduntur occupanti. Sed mare Adriaticum erat in nullius bonis. ergò occupanti concedendum. Veneti fuere primi occupantes, ergò Veneti legitimè facti ſunt domini. maior propoſitio eſt per ſe nota, ac ſufficienter de iure gentium in libro primo probata, minor probatur auctoritate Procopij *lib. 3. rer. Gothi*. qui tempore Imperatoris Iuſtiniani floruit. *Franci intereà ple-*

raquè

raquè Venetiarum loca ſine vllo labore occupant : quum nec Romani tueri ea amplius poſſent, nec Gothis tantum virium eſſet, vti cum vtriſquè bellum gereret.& Sigonius lib. 2. de occidentali imperio, anno 423. *regnante Honorio in Pannoniam Hunni. in Hiſpaniam Vandali, Alani, Sueui, & Gothi; in Galliam Alani Burgundiones, & Gothi certis ſedibus permiſſis recepti ſunt.* Quanta ſoccordia, latàquè culpa ipſum deturpauerit dicat Sigonius *lib. 10. de Occident. imper.* cum enim illi nunciaretur ab Alarico Romam fuiſſe captam, gallinam eſt interpretatus, quam *Romæ* nomine condecorauerat. Indè arguas qualem dominum haberet Italia contrà latrantes barbaros, latrones, piratas, mundi depopulatores, ex hoc habeas qualem imperij ſtatum. *Vt enim Occidentale imperium Honorio regnante*

do-

domeſticis ſeditionum moribus, & externis armorum incurſibus, tutoribus enim & ducibus regijs in excidium Reipublicæ conſpirantibus, & barbaris acriore, quam antè, impetu irrumpentibus, eſt tentatum; Sic Valentiniano, & Placidia matre rerum potientibus, quorum in altero ætas, & praua educatio, in altera ſexus & nimia in re adminiſtranda remiſſio improbata eſt, eiſdem turbãtibus, ac ſeuientibus barbaris, magis magiſquè conceſſum eſt. Sigon. lib. 12. Vtquè clarius pateat quam omni imperiali fuerit deſtitutum munimine, ad cognitionis ſaturitatem hoc ſufficiat, poſt Valentinianum intrà viginti annorum curſum octo Imperatores, vel potius tyrranos Maſſimum, Auitum, Seuerum, Atemium, Olibrium, Glicerium, Iulium, & Mormillum, Romanorum laceraſſe fragmenta, videas Sigonium lib. 14. *Hi ſunt,*

qui

qui ipſas prorſus Occidentis prouincias amiſerunt; hi ſunt, qui Romam iterum atque iterum à barbaris captam, incenſam viderunt; hi qui Italiæ dominatione exvti, nomen gloriamquè Romanam funditus euerterunt; hi deniquè qui clariſſimum imperij Romani lumen, atquè inueteratam populis nobiliſſimæ gentis auctoritatem penitus extinxerunt. Diuino igitur humano, naturaliquè iure, Adriaticum deſtitutum imperio, occupanti concedendum. Occupanti illi maximè, cuius armis toties Romana reuiuixerat maieſtas; Occupanti illi, cuius ſanguine Imperialium ſedes Rauenna redempta, reſtitutaquè Byzantio: Occupanti illi, cuius ope toties fugati barbari, cæſi Turcæ, caſtigati rebelles; Occupanti illi cuius vmbra imperiale ſceptrum venerabatur Orbis: Hunc vt agnoſcas ſufficiat ſcribere eum eſſe, qui

non.

nondum pro imperiali quieuerit culmine; Indè prò animi gratitudine diuiſo imperio inter Carolum Magnum, & Oriẽtis Imperatorem vtriuſquè fuerint liberi, acclamati conſenſu. *In fœderibus illis accuratè apud vetuſtos ſcriptores legimus interueniſſe, vt Veneta vrbs Italiæ maritima vtrumquè reuerita imperium, proprijs vteretur legibus, & ſiuè bello, ſiuè pace neutris partium cenſeretur.* Blond. Immò quia de more magis fauebat Græcis, quam Gallis, in maximas inciderunt difficultates. Idem *Blond.* vt repetere potes ex c. 2. ibiquè habebis quanto carò prætio lambendo incrementum, tale comparauerint dominium. Dominium quod non totum à principio quæſitum, ſed paulatim iuxtà virium fundamentum. Primum ius fuit intrà Rauẽnam, & Aquileiam, reliquo maris ſpatio vti ab impe-

pe-

perialibus derelicto, piratis ſubiecto. Poſteà verſus Auſtrum vſquè ad Picenos Agros. Aquilonem verò vſque ad Quarnerium, extenſum, vt tutam redderent nauigationem, poſſeſſumquè, piratis mare purgarent. Reliquum ab Imperialibus, qui aliquatenus reſpirauerant, per Apuliam ad finitima Italiæ ora cuſtodiebatur. Inſurgentibus tandem Normannis contrà Byzantinos, occurere iſti nauali tamen Venetorum ſemper freti claſſe. Triennio pugnarunt, quartoquè anno imperiales deſperatum abrenunciarunt opus. Indè ſoli Veneti ſolius nauigationis intuitu, quæ omnimodè, creſcentibus piratis deſtituebatur, Normanis etiam adhuc victoribus inſtaurarunt arma, parataquè claſſe, Normanos ſepè ſepius aggreſſi, cum victi, tum victo-
res,

res, proprij ſanguinis riuulis Adriacum impleuere; & quantum maris receperunt, tantum ſanguinis comutarunt. videas Martinum Schoochium de imperio maritimo. c. 14. *de Venetis, eorumque potentia maritima.*

MARITIMVM

Venetorum Dominium, Principum applauſu vti legitimum declaratur.

Cap. V.

PRima Venetorũ controuerſia circà Adriaci dominium cum Pattauinis fuit; quandò Italiam proficiſcente Narſete Imperialium legionum Duce, ad ipſum ſimul cum Venetis venere, per quos comune factum compromiſſum, vt eorum decideret difficultatem. *Theod. Oland. c.* 16. §. 6. 7. 8. vel melius cum propè Patauiũ iuxtà ęſtuaria in continenti luſtratum teneret exercitum, huiuſmodi adortus inſulas, vt loca cognoſceret, paludes amicè traiecit, &

& apud Riuumaltum deſcendit. Eo ſtatim venere Oratores vicinarum regionum, inter quos Pattauini, qui poſt declaratam fidem oblataquè auxilia, queſti ſunt multis verbis: Aeſtuaria atquè litora Pattauio obiecta per iniuriam ſibi à Venetis oblata: ſuos maiores illa ſemper poſſediſſe; Meduaco portu ſemper vſos fuiſſe; nunc verò per iniuriam omnia à Venetis erepta; ac prò gratitudine effuſi ſanguinis, imperatorem ergà, erepta nobis eſt omnis nauigatio: ſpoliamur portu litoribuſquè noſtris & ſtagnis ab ipſo penè orbis initio, poſſeſſis. Quin arcent etiam ab eorum ingreſſu. muniunt oſtia fluminum vallis: vt nequè ingredi, nequè ægredi niſi ad eorum libidinem liceat, &c.

Huiuſmodi quærelis reſponderũt Veneti, teſte Bernard. Iuſtin.

lib.

lib.6. cuius verba ad veritatis exuberantiam tranſcribere placuit. *Si Patauini meminiſſe vellent, quæ patribus noſtris comuniter acciderunt, quæque ipſi malluere, quum tempus optandi fuit: nequè nobis eſſent nunc moleſti; nequè tibi Narſes. Quandoquidem, vt videtur, huiuſmodi querimoniæ numquã deſiſtent: quia vt ipſi fatentur ſæpiùs queſti ſunt, ſemper reiecti. Ex quo potes cognoſcere qua iniuria nunc de nobis queruntur. Sed agemus cum his mitius: nec acriùs inſectabimur, vt ipſi nos &c. Credo ego te Narſes, dum iter hac facis audiuiſſe, Vt Athila Rex Hungarorum centum ab hinc annis, omnes circum vrbes exciderit, Magna pars confugerit ad obiecta vrbibus loca, Idem fecere fratres noſtri, conceſſere huc. Ea verò tempeſtate iſtorum, qui nunc loquuntur, Patres, diuerſas per Orbis partes, vt cuiquè libuit emigrauere, præſertim quibus pecuniæ adeſſent ad peregrinationem.*

nem. Pars ad inſtaurandas ruinas, vbi vitam degerent, reuerſi ſunt. Quid profecerint: illud eſt teſtimonium: Manſere ſine vllo munimento ſexaginta per annos: quod niſi Theodoricus Gotthorum Rex quem verè conditorem ſuum poßunt appellare, licet nunc Gotthorum nomen infeſtum ſibi fingunt, vallo & foſſa permuniſſet, hodiè nè iſti quidem, qui loquuntur Pattauium ſuum incolerent; nunc Theodorici beneficio venere. Sed obſecro fratres (fratres enim ſumus ex iiſdem prognati maioribus) cur non quum Theodericus Vrbem veſtram inſtaurabat, æſtuaria iſta nobis abſtulit, vobis conceſſit? puduit veſtros maiores verbum facere nedum poſtulare: Quum meminißent patres ſuos alias ſibi ſedes delegiße: noſtros ex conuerſo remanſiße, Paludem ſtrauiſſe, ſedes ſibi poſuiße. Hæ autem loca quià ſumma Dei clementia coaluerunt in hanc quam cernis frequentiam: omnibus innocuam, no-

bis laborioſam, inuitus dico, vix perpeti poſſunt. Implent queſtibus omnia, quaſi nos vrbem eorum exciderimus ſocietatem dedignari noſtram; quum habitare nobiſcum amicè prouocarentur, & ſeorſim mallent: nunc demum queruntur, noſtra inquiunt occupatis. Enimuerò cur veſtra dicatis; quæ & deſeruiſtis, & nobis incolenda reliquiſtis: non video: nempè ab initio gentes, quæ loca inueniebant vacua colonis poſſeſſionibuſquè, ea capiebant, incolebantquè, optimo gentium, & naturæ iure. Sic à vobis factum. Deſeruiſtis ea, nobiſquè permiſiſtis: deſerta cepimus, & à vobis relicta. Quæ igitur à nobis iniuria? Placuit ex vobis pluribus deligere ſedes alias: aliquibus ad illas ruinas redire. Acceſſiſtis, nos ponere hic ſedes maluimus. Conſedimus hic. In diuerſum itum ab vtrinquè cur nunc mutato conſilio in noſtras vultis irrumpere: nos de veſtris turbamus quicquam? niſi fortè æquum cen-

cenſetis in illis ruinis, & lapidibus imperium rcſtitiſſe. Et quod Pataujo iuris quondam fuit in his paludibus: eo delecto etiam integrum permanſiſſe. Quis dicat hoc? vt exciſa Ciuitate: deletis magiſtratibus: extincto in ea vrbe diuino omni, & humano iure perſliterit tamen in ſolo illo ruinis obruto: publici quicquam dominij aut iuriſdictionis? Sed ubi nam ius faſque? Imperium & iuriſdictio: niſi in cætu conuentuquè hominum iura inter ſe pactaquè, & leges ſtatuentium: Si in ſolo hoc illo ve eſſet iuriſdictio: ſanè ab æterno duceretur, nec mutaretur vnquam. Si quidem ſolum immobile ac ſempiternum: nunc fortunæ ſubiecta ſunt omnia: mutantur in dies imperia ac transferuntur. Ludit hunc ludum fortuna, cui parere neceſſe eſt. Cæterum vide Narſes hominum iniuriam. Maiores veſtri ò Patauini ex Aſia pelago huc delati. Euganæam gentem, quæ omnem hanc regionem ad alpes vſquè obtine-

bat,

bat, Duce Anthenore, bello petiere, per vim eiectos expulere. Si exurgat nunc Euganæus quiſpiam & proprias ſedes repetat, quid acturi eſtis? Quod ſi æquum cenſetis, veteres colonos per vim atquè arma deturbare; Quis tandem nunc vobis de conſanguineis querendi relictus locus? quin etiam queruntur, quod in vrbes atquè adeó in domos noſtras prò libidine ingredi armatis non liceat. Quid enim aliud dicunt, quum lamentantur horum ſtagnorum oſtia cuſtodibus muniri: cæterum libenter ex vobis quæſierim, cur vrbe aperta vti nunc non perſeueratis? cur vallo his exactis annis circumdediſtis? nonnè in portis veſtris cuſtodiæ verſantur? Si Veneti armati in vos veniant, quid agant illę? ius eſt, vt quod quiſquè in ſe nolit, id in alio repetat. Portæ noſtræ ora fluminum ſunt: quas ſi paccati petitis, haud aliter ſemper excipiemini, quam conſanguineos par eſt. Si armati, quod ſæpè feciſtis, facitiſ-

X *què,*

que, Ius gentium tuebimur. Inuaſores non aliter, quam apertos hoſtes repellemus. Cæterum maius quiddam Narſes videto. Queſti nè eſtis vnquam de hac iniuria apud vllos? Si numquam videte quo pacto vos explicetis, quid dixiſtis ſæpè queſtos. Si queſti, aut apud Gotthos, & Herulos, aut apud Imperatorem. Si apud illos, ſpretus igitur imperator, & antelatus Gotthus: quod ſi eſt, cur nunc appellatis Romanorum imperium Si apud Imperatorem, quod ſæpè feciſtis, exauditi nè eſtis, an verò repulſi; exauditos non dicetis. Centum, & plures etiam epiſtolas habemus Zenonis: Leonis: Iuſtini; Iuſtiniani, teſtes fidei & obſeruantiæ noſtræ ergà Imperatoriam maieſtatem. Itemquè eorum ergà nos clementiæ, & munificentiæ. Reſtat vt repulſi; & adhuc libet contendere? Numquã nè deſinent importunæ huiuſmodi, atquè toties exploſæ querimoniæ? obtũdere nè etiam veniſtis aures Prin-

cipis

cipis huius plenas tantarum rerum curis? &c.

Quibus auditis vt etiam Patauinos Narſes ſaltem verbis conciliatos remitteret, reſpondit, dignam rem ſibi videri, quę etiam atquè etiam diligentius perpendatur, ſibi eſſe proficiſcendum; tempore cauſæ cognitionem indigere. Interim hortatus vt patriam inſtaurent, Venetoſquè ſtudio & diligentia apud imperium vincant. tacitè dicens vrgentiora & magis veridica proponerent; nam propoſita, ſolò paludenda riſu.

2 Ex eodem Iuſtiniano, quandò Carolus Magnus, Venetorum peroranti, vt ſibi connata non turbaretur libertas, blando ſermone acquieuit. dicebant Veneti: *Cæterum ſi in fæderibus cum Nicæphoro conſtitutis, neutri parti adiudicati ſumus: cui iniuriam fecimus nos? Gens innocua, vnius mer-*

caturæ ſtudioſi non agri nobis, non vineæ in aquis nati educatiquè maiores noſtri ſalutis libertatiſquè cauſa in ea ſtagna commigrauere, ab his ità ſumus inſtituti, vt cum omni mortalium genere pacem colamus abſtineamus ab iniuria, omnium hominum comodis inſeruiamus qnoad licet. neminem prò hoſte reputant Veneti, niſi fortè piratas comunes omnium gentium inimicos, &c. Carolus eorum oratione permotus, vt erat miti ingenio, benignis verbis reſpondit. non ſibi vmquā potiùs fuiſſe hoſtem bello vincere, quam pace fidem ſeruare. Proindè inſpectis fœderibus iuſſit redirent ad ſuos; & patrijs legibus,
3 *vt anè aſſueuerant, fruerentur.* ex Blond. Flauio lib.8. Decadis ſecundæ. anno ſalutis 1275. quo tempore Anconitani conquerentes in Lugdunenſi Concilio ſub Gregorio X. Pontifice Maximo contrà Venetos, à quibus dicebant illegitimè maris

vindicatum dominium, ideoquè petebant vt cauſa cognita, nauigatio permitteretur communis; horum ſequens fuit exitus *acta eſt* (inquit) *etiam tunc temporis in Lugdunenſi Concilio, Anchonitanorum cum Venetis cauſa: Abbaſquè Neruoſiæ (cui eam Pontifex Gregor. cognoſcendam commiſit) Anchonitanos nil ſolidè probantes reiecit, permiſſa Pontificis auctoritate Venetis cura, eam, de qua diximus Maris Adriatici oram à Sarrhacenis, piratiſquè ſimul cum vectigalium portorumq; ſuorũ iuribus defenſandi.*

4 Ex Petro Iuſtiniano lib. 15 anno 1277. regnante Nicolao III. Romano Pontifice Anconitani legem de portorijs à Venetis latam Concilioquè Lugdunenſi probatam, fraude & dolo omni tempore violantes, ſub vmbra etiam Nicolai Pontificis, poſt multas clades fractis animis, à Venetis petiere pacem: quibus

datta eſt ſequentibus conditio-nibus. *Vt legem de portorijs Anconitani adprobantes, Venetos totius Adriatici maris legitimos poſſeſſores, & dominos, quod à prioribus Põtificibus iam anteà ſolemniter ſancitum, &c.*

5 Quandò Sebaſtiano Duce, Otthoni Fæderici Imperatoris filij claſſis ſeptuaginta quinquè nauium in Iſtriæ ora, victa fuit: naues 48. captæ, ipſaquè regia triremis, ex qua Ottho pugnabat, depreſſa. Capto Otthone Imperatoris filio ſequuta eſt pax, reſtitutoquè filio, ſe Venetias contulit Federicus ad obedientiã Romani Pontificis, cui Romam cum ſede Apoſtolica reſtituit, pede calcatus in Eccleſia Sancti Marci à Pontifice vniuerſæ carnis *Ferret. de re nauali lib.* 12. *Scoochius*, *c.* 15. *de imperio maris*. Feruntſolemni die Aſcenſionis hoc factum,

in cuius memoriam, celebrem illam indulgentiam aram D. Marci viſitantibus conceſſit. Qua etiam die Sereniſsimus Princeps magna cum Senatus parte Bucentauro ad mare deſponſandum progreditur, præcioſaquè gema è puppi in ſubiectum pelagus proiecta, hęc pauca ore profatur. Deſponſamus te mare in Signum veri perpetuiquè imperij: quod illius, & notoriæ ſententiæ ab Alexandro III. prolatæ eſt monumentum. Quando redeunti in vrbem Ciano poſtquam Pontifex fuit gratulatus victoriam, aureum porrexit annulum dicendo: *hunc accipe, & me authore ipsũ mare obnoxium tibi reddito, quod tù tuiquè ſucceſſores quotannis ſtatuto die ſeruabitis: vt omnis poſteritas intelligat maris poſſeſſionem victoriæ iure veſtram fuiſſe, atquè vti vxorem viro ità illud imperiò*

Reipublicæ Venetæ ſubiectum. Moriſoto lib. 2. c. 25.

Inſurgat modo *Baronius lib. 12. annal. Eccleſiaſ.* & prò gratitudine recuperatæ Triadis, calcati Imperatoris; effuſi Veneti ſanguinis, neget partam victoriam, impugnet Venetorum, immò ipſorum Pontificum trophæa, tot marmoreis inſculptam lapidibus, tot Romæ Senis, Venetijſquè delineatam picturis, tantiſquè exterorum teſtimonijs probatam. Contrà huiuſmodi veritatem quia luce meridiana clariorem P. Ieſuitæ, etſi anno 1616. apologiam pro Eccleſiaſticis ediderint annalibus, in ipſaquè contrà diuerſas inſurgant nationes, aduerſus pręſentem relationem os ponere non audent. Qualem etiam fidem faciat Baronius, Hiſpanos cõſulas circa xi. librum, vbi Scicilię proſtituit Monarchiã.

Quando

6 Quandò Torniellum nauigiũ è Syria rediens intercæpere Melitenſes: prætextu quod in ipſo ſtarent Turcarum merces, in quos perpetuas profitentur inimicitias. Statim omnes Mellitarum prouentus in ſtatu Reipublicæ fuere ſuſpenſi, vndè damna reſarcirentur. Immò Pontifex Gregorius multum permotus ſtatim Melitenſium commonuit magiſtrum vt bona omnia reſtituerentur; per quem citò executioni datum, exilioquè donatum Io: Buratum Aequitem, Anconæ progenitum, qui præſens adſuerat direptioni: Sacerdotio religioniſquè habitu adempto, excomunicatione mulctauit. *Andre. Mauroc.* ſub anno 1575.
7 Quandò in Tridentino Concilio ſuborta controuerſia circà præcedentiam inter Venetum, & Bauarum oratores; Legati

Eminentiſſimi Concilio prępoſiti blandis verbis hortati ſunt Bauàros, vt ea miſſa facerent, diſparemquè fortunæ ſuæ conditionem cum Venetis conſiderarent. Quibus non acquieſcentibus Bauàris, conſultus Summus Pontifex reſpondit: Præcedentiam iure deberi Sereniſſimæ Venetæ Reipublicæ, cui amplum terra mariquè patebat imperium, quapropter ceſſere tandem Bauàri, vt apud Petrum Iuſtinianũ *li.*14. & Sforciã Pallauicinum *lib.*17. *c.*4. *n.*6.

8 Sed quid clariùs deſideramus à Pontificibus? arguant Bullæ, in quibus Eccleſiaſticæ decimæ Veneto conceduntur Senatui prò ſola Adriatici defenſione: Cuius naturæ multæ numerantur à ſcriptoribus, quas omnes referre longum; Mihi ſatis, veritatis teſtimonio, aliquales tranſcribere. Vna eſt Adriani

V.I. Sub anno 1553. alia eſt Clementis ſeptimi ſub anno 1526. alia eſt Pauli III. ſub an. 1528. alia eſt Pij IV. ſub anno 1564 cęteras pete ab Archiuio, quià vtì publicæ non denegantur.

9 Cum, coram Maximiliano Imperatori impudentem Cæſarei Venetis incuterent calumniam, quod hi malis artibus Marannum occupaſſent, mariſquè ſibi vindicarent imperium: reſponderunt Veneti Adriatici maris nauigationem iuſtis armis, & Ciuium ſanguine partam, in Veneta ſola ſtare poteſtate. Declaratumquè id in Lugdunenſi Concilio ſub Gregorio X. vltrà quod antiquitus complurium ſæculorum curſu, proprio ſanguine, ſolidarent nauigantibus indemnitatem. Indè Cæſar, nil contrà tentauit, ſed ad ſolitum tacita con-

ſeſſione Venetos remiſit. *Petrus Iuſtin. lib.* 15.

10 Quandò anno 1529. Inito fæ. dere inter Cæſarem Carolū V. Venetos, cæteróſquè Italiæ Principes his conditionibus: Vt ſubditi Cæſaris, & Venetorum ſociale haberent comercium, Venetiquè poſſeſſionem omnium iurium poſſeſſorum continuarent. *Guicciardini* anno 1529. lib.19. Immò Cæſarei cum ex prædicto ſædere exemptionem pręte nderent vectigalium, certiores facti tum à Venetis tum Pontificijs, ſe adſtrictos ſolitis confeſſi ſunt gabellis.

11 Item cum nauis *Crux* nuncupata, iuxtà Cephalenem interceptaà binis roſtratis triremibus Marchionis SanctæCrucis, & Toletanæ, prætextu quod in ea, Iudæorum inuenirentur mercimonia; ac multa ſacris vetita legibus in regiones infidelium

lium conuehærentur; iuſſu Regis Hiſpaniarum ſimul cum bonis ademptis, reſtituta fuit. *Andreas Maurocen.* ſub ann. 1575.

12 Quandò Sereniſſimus Dux Venetorum cum maiori parte Senatus mare deſponſat, aſſiſtunt Oratores Regum; Pontificis plaudet Legatus, hocquè ſemel in anno, ab anno ſalutis 1177. ſinè intermiſſione vſquè in currentem diem: vndè 483. Monarcharum Chriſtianorum ſententijs, dicitur Venetorum declaratum dominium. Cum enim ipſæ leges nulla ex alia cauſa nos teneant, quam quod iudicio populi recceptæ ſunt, meritò & ea, quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes. nam quid intereſt ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? Iulianus *in leg. 32. ff. de legibus.*

nonienſes ægrè ferrent, legatos miſère Venetias nihil tamen profecerunt. Indè arma ſtatim in Venetos mouère, & vſquè ad annum 1273. pugnarunt. Quandò per religioſos viros de pace conuentũ; ac inter multa; *Vt Bononieſes munitionem cuſtodum quos habebant ad primarium, in poſterum remoturos, caſtrum delecturos, nequè amplius refecturos; ità vt intrà duos menſes omnia euerſa haberent, &c.* è contrà Dux Venetorum *promiſit ſe conceſſurum, vt quotannis Bononienſes per ſuos miniſtros poſſent extrahere ex Marchia Anconitana, & Romaniola* 20. *millia corbium frumenti, & per mare, & per portum primarij, & per aquã Bononiam prò vſu ſuo deuehere, & vt quotannis de ſale Ceruiæ poßent per mare & deuehere triginta millia ſalis prò vſu ſuo, &c.* Sigonius *de Regno Italiæ. lib.* 20. Ghirrardac. Platina *in vita Gregorij X.*

Item

15 Item anno 1269. iam antè promulgato vectigali contrà merces, quæ per Adriaticum aſportarentur; concluſum cum Rauennatibus, vt ipſi non reccipe-rent merces, præter eas, quæ illis ad vſum inſeruirent, vel Venetias venturas. *Cherub. Ghirrardac. lib. 7. Hiſtoriæ Bononienſis.*

16 Item anno 1321. die 19 Decemb. Quandò inter venetos, & Bononienſes cautum, nè vllam gabellam vel vectigal Bononienſes contrà Venetos imponant etiam portantes, & aſportantes mercimonia, è contrà verò Bononienſes licentiam habeant eundi, & redeundi per portus maris, & gaudere libertate eundi de ciuitate Venetiarum ad Ciuitatem Bononiæ aut diſtrictum, vel de ciuitate Boroniç aut diſtrictu ad Ciuitatem Venetiarum vel diſtrictum non diuertendo ad alia loca, ſub pæ-

na

na perdendi mercationes ſaluis regalijs Domini Ducis, & ſingularium perſonarum Ciuitatis Venetiarum, quæ ſoluuntur in ciuitate Venetiarum vel ad turrim Babiæ, ſiuè ad turrim nouam Saluo quod non poſſint dicti Bononienſes conducere de dicta ciuitate Venetiarum, vel diſtrictu frumentum, vinum, oleum, ligna, vel ſalem ſinè licentia domini Ducis. *Cherub. Ghirrardac. lib. 19. Hiſtor. Bonon.*

17 Quandò conuenere Ianuenſes, & Veneti, vt eorum maria, vtriuſquè paterent ſubditis. Pacto fædere, augere Veneti gabellas, vniuerſaliter contrà omnes nauigantes in mari Adriatico. Statim queſti ſunt Ianuenſes, opponẽdo, talibus vectigalibus liberam, iam pactam vtriquè nationi impediri nauigationem. Circà quod, nota primum, à Ianuenſibus non dubitatum

EX LICENTIIS

petitis à Pontifice, Cæſare, Regibus & Ducibus, Adriaticum tranſfretandi mare, Venetorum Maritimum comprobatur Dominium.

Cap: VI.

POſt Pontificum, Monarcharumque ſententias, quibus ſub Venetorum dominio probauimus Adriaticum; veniunt litteræ eorundem, quibus neceſſe habuerunt Reges licentiam intercedendi vt immunes Adriaticas nauigarent aquas. Quæ litteræ nunc conceſſæ, nunc negatæ, etſi in Pontificem vel Cæſarem prout Reipublicæ maris videbatur Dominæ, planè quam vetuſtum huiuſmodi concludunt dominium. Huius tenoris litteras ad cen-

centennarium numerum numerare poſſem paſſim enim repetiuntur apud venetos ſcriptores, immò exemplaria in publico conſeruantur archiuio (dicunt miniſtri) nec denegantur exempla. De Archiuij dubitare fide, idem eſſe ac blaſphæmare dixit Io: de Anan. conſ.53. num.4. *Venetorum dominatio falſitatem non præſcriberet, & nefas eſt non ſolum dicere, ſed cogitare.* & Cardin. Tuſcus in verb. Venetorum laudes. concl.70. num.38. vol.8. vbi ait. *creditur literis Sereniſſimæ Dominationis Venetorum etiam ad eorum comodum propter excellentiam eorum.* nonnullas igitur hic referam, cæteras apud ſcriptores legendas remittam.

Primum viuit adhuc, Papæ Vrbani VI. Breue in vrbe Luca exaratum, Duci Antonio Venerio directum. anno 1388. die

14.

14. Iunij. in quo gratias agit, quod triremibus Venetis, qui prò cuſtodia Adriatici (ad fauces Italiæ extare ſolent, vel propè Iaderam Maria Hungariæ Regina in Caſtro nouo captiua detenta, fuerit libertate donata.

Anno 1469. contemplatione Eugenij IV. Pontificis *conceditur* Archiepiſcopo Spalatenſi conceditur; nec non Patriarchæ Antiochæno: Picænum illi. Flaminiam iſti regentibus, immuniter per Adriaticum, frumentariam poſſe deuehere copiam.

Anno 1477. Pontifex Sixtus IV. ſolito Breui licentiam pætijt, per Venetorum Gulphum, frumentum ex Picæno traducendi Cæſenam.

Anno 1505. Pontifex Iulius II. ſolito breui licentiam petijt, & habuit, traducendi frumentum gabellis, ex priuilegio, prò illo

tunc

tunc ſolum datto, non ſolutis, Romam vſquè.

Anno 1478. die 24. Septembris. Imperator Federicus à Duce Ioanne Mocenico licentiam petit tranſuehendi frumentum ex Apulia per mare Adriaticum ſignificans rem ſibi gratiſſimam fore; quam ampliori cum gratia eſſet recogniturus.

Anno 1399 die 12. Decemb. Rodulphus Salenſis comes, nomine Vladislai Neapolitani Regis, & Gulielmi Archiducis Auſtriæ, cui ſoror Vladislai deſponſata erat, rogauit: Vt ex Apulia per mare Adriaticum cum triremibus & nauibus, quę circiter duodecim erant, ſponſa deduceretur. Satisfecit Reſpublica, hac tamen conditione, vt in comemoratas naues nullus aut Venetijs proſcriptus, aut capitalis ſceleris in Rempublicam admiſſi reus exciperetur:

tur: quod Driſta ſoluentes Auſtriaci in itu, & reditu bona fide præſtiterunt.

Anno 1457. die 18. Octobr. Matthias Hungariæ Rex cum lignis opus haberet ad reſtaurandum propugnaculum in oſtio Narentę, licentiam eflagitauit conducendi dicta ligna, Zegna per Adriaticum mare, viciſſim promittens in maioribus etiam ſe Reipublicæ gratificaturum.

Anno 1478. die 2. Aprilis Imperator Fredericus ſupradictus licentiam ſibi fieri poſtulat vt iterum ex Apulia per Adriaticum Gulphum, frumentum tranſuehere poſsit.

Anno 1481. prid. Kalend. Februarias. Beatrix Hungariæ Regina à Ioanne Mocenico Venetiarum Duce licentiam petit, pretioſa, & lapillos diuerſos, ad ſuum priuatum vſum, ex Italia per Adriaticum tranſportandi

mare,

mare, cuius liberalitatis oficius compenſatura promittit.

Anno 1482. die 15. Februarij. Matthiæ Hungariæ Rex litteris ſcriptis ad Mocenicum commemorat Rempub. ſingulis annis ſolitam, licentiam benignè concedere Comitibus Frangipanis, Zengę, & aliorum maritimorum locorum dominis aduehendi ex Apulia certam frumenti copiam: & cum ipſe Matthias in eorundem ſucceſſerit locum; rogare, idem ſibi libertatis concedi. Quod ſi expeditis literis, & nuncio ſuo traditis, quem ad hoc ſpecialiter delegauerat, voti ſui compos fieret, ſe id gratioſè agniturum, & datta occaſione compenſaturum.

Anno 1502. die 30. Auguſti. Anna Hungariæ Regina licentiam traducendi frumentum ex Apulia & Picæno Zengam infrugiferam terram, poſtulauit.

Anno

Anno 1630. Cum Maria Regis Hiſpaniarum ſoror deſponſata eſſet Ferdinando Hungariæ Regi, filio Cæſaris: à Neapoli transfretare propria claſſe ſponſam tentabant Hiſpani: forſan vt inuiolatam maris poſſeſſionem tot ſæculis à Sereniſſima continuatam Republica, aliqualiter turbarent: eò magis, quod tunc Rempublicam foris agitatam bello, intus vexatam peſte, non reſtituram credebant. Comparuit Orator Hiſpanus, ſignificans Senatui Hiſpanæ claſſis traiectum à Neapoli Tergeſtum: Reſpondit Princeps, non niſi Venetorum triremibus conceſſurus traiectum: Recuſabat Hiſpanus, peſtilentiæ pretextu: Concluſit Senatus, alium non fore tranſitum quàm ſolitis Venetorum triremibus: quem ſi pacatum petieritis, non aliter excipiemini,

quam tantos Reges par eſt. Sin armati ius gentium tuebimur; Inuaſores, vti apertos repellemus hoſtes. Sic Hiſpanorum fraudato conſilio, coacti ſunt de more licentiam petere, & ſolis Venetorum triremibus maria calcare. Ab Ancona Tergeſtum; Duce Antonio Piſano, à quo honorificentiſſimè & liberaliſſimè excepta nauigauit Regina. Poſteà nomine Cæſaris, & Regis per Oratores gratijs datis, de more Adriacum eſt Venetis declaratum ſubiectum. *Baptiſta Nani.* anno 1630.

p. 524.

(*,*)

EX INTERDICTO

Quod nemo cuiuſcumquè ſit conditionis armato ligno Adriaticum ingrediatur; Maritimum Venetorum declaratur dominium.

Cap. VII.

INter experientias, quæ ad oculũ Adriaci Venetos delineant dominos, eſt Interdictum, quo ſub pæna capitali cuilibet Imperatoriæ etiam celſitudinis prohibetur, nè abſquè Venetorum licentia armato ligno Adriaticum percurrat mare. Huius vſum, & obſeruantiam ex quampluribus traducam hiſtorijs.

Primò ex compoſitione facta cum Piſanis, quibus per Venetorum Gulphum, omne armatum in-

terdictum nauigium.
2 Ex pacto cum Ianuenſibus, quibus armata eſt interdicta nauigatio, vt videre eſt apud *Angelum de Peruſia.*
3 Quando anno 1337. coguntur Anconitani inermes facere naues, quas prò oræ cuſtòdia tenebant, vindictam Venetis promittentibus contrà qualeſcumquè, qui quietem turbarent.
4 Anno 1460. Ferdinandus Neapolis Rex, miſſis nonnullis triremibus Apuliam verſus, monitus fuit à Senatu, vt ſtatim miſſa reuocaret ligna, eò maximè quod etiam Calabriæ Duci Ferdinando inimico minimè permiſſum, armatis nauigijs Gulphum ingredi: Qui humaniter reſpondens gratias egit Senatui de promiſſa cura iuxtà Apuliæ oras. Anno verò ſequenti cum iterum ſupradictæ regrederētur triremes, citò Claſſis prætori
cõ-

commiſſum, vt in ipſas inſurgeret.

5 Anno 1463. Pontifex Pius II. petijt à Senatu; vt duas armatas triremes poſſet ipſe Pontifex Anconam mittere: Cui acriter reſpondit Senatus; omnibus notum Principibus, defenſionem Gulphi ad Rempub. pertinere. Cuius etiam titulo, Principem Taranti iam coegerant cum quatuor triremibus Adriaticum ægredi.

6 Anno 1542. 1543. Quando Imperator & Galliarum Rex replicatis inſtantijs rogabant, vt eorundem nauibus permitteretur ingreſſus intrà Adriaticum ad oppugnationem. Quod toties petitum, ſemper negatũ. Indè Cæſarei, qui iam armauerant, nudarunt claſſem.

EX PRINCIPVM

Interceſſione Venetos rogantium, punire piratas, & nauigationem Adriatici conſeruare pacatam, Venetorum in Adriaco declaratur dominium.

Cap. VIII.

AD præſentis veritatis teſtimonium, nobile argumentum deducitur ex Monarcharum inſtantijs, quibus apud Venetos conclamabant, vt Adriaticum piratis purgarēt; tutamquè redderent nauigationem. Horum teſtimonia, de more breuitati ſtudens, pauca dabo, infinita Hiſtoricis remito.

Anno 1377. Inſurgentibus Anconitanis contrà mercatores Firmianos, & Aſculanos: recurrere

rère iſti ad Venetum Senatum, qui ſtatim expedita claſſe Anconitanos ſtrinxit reſarcire dãna, arma deponere; parum iuuantibus precibus, nec minis Gregorij X. cui reſponderunt ad ſe Adriaci pertinere curam, ipſum verò non habere controuerſiæ planam cognitionem, verum re cognita, tum melius iudicaturum. *Platina. in vita Gregorij X.*

Anno 1393. Spoletani, quibus oneraria nauis ab Anconitanis abrepta fuerat, venère Venetias, ſibi fieri ius, ſupplicantes; quià iacturam paſſi erant propè oram Recanati, Anconitanorum fraude. Indè ſtatim Prętori claſſis mandatum vt Anconitanos ad reſtitutionem ſtringeret.

Anno 1458. Infeſtantibus Ianuenſibus Italiæ limina circà diſtrictum Principis Tarentini; ſignificauit iſte Reipublicæ tantas

ſibi vires, quibus immunes ſubditos conſeruaret, verum quià ad Rempulicã ſpectabat Adriaci curam, ideò ſuorum ſubditorum indemnitatẽ illi remittere.

Eodem anno cum duæ triremes Ferdinandi Siciliæ Regis, ab eo in Adriaticum aufugiſſent; nefas credidit intrà Gulphi fauces, ſuas perſequi triremes. ideò data notitia Reipublicæ rogauit, nè denegaretur iuſtitia, ſed cogeret domino ſuo iterum deſeruire.

Anno 1461. Piratis Lauretanum infeſtantibus iter, vndè clauderetur tranſitus, qui deuotionis gratia frequentabatur: Accolæ illius oræ Rempublicam rogarunt, vt depreſſis latronibus ſui vindicaret iuriſdictionem.

Anno 1464. Idem rogauit Orator Ferdinandi Siciliæ Regis, vt Reſpublica dominij ſui titulo, piratis mare purgaret.

Anno

Anno 1483. direptis per piratas mercatoribus Hungariæ Regis, & ſpecialiter rebus ipſius Regis; queſti ſunt Oratores, non Regis ſed Reipublicæ dedecus, quando tuta non ſtaret nauigatio.

Anno 1486. Incurſantes Turcæ Anconitanam oram, bona, hominesquè traduxere captiuos: Indè Apoſtolicus Legatus, Pontificis nomine queſtus apud Senatum, vt tandem fugatis latronibus per Rempublicam, ad quam de iure ſpectabat, ſecurè viuerent: promitens etiam vti gratiſſimum recccepturus.

Anno 1577. Inſtauit Nuncius Apoſtolicus nomine Gregorij XIII. vt Reſpublica Adriaticum liberaret contrà Marchionem de Vico, qui vnica triremi omnia infeſtabat, cum ad ipſam Adriaci ſpectaret cura.

Idem fecère Turcæ annis 1610. 1611. 1612. 1613. 1614. 1615. propter Vſchochos gentem Croatiæ feram, & latrocinijs terra mariquè aſſuetam. *Henricus ſpondanus. Anno 1616. num. 3. Baptiſta Nanni.*

Idem replicarunt Turcæ tempore Solimani contrà Melitenſes; rogantes Rempublicam tutas reddere eorum nauigationes in Adriatico, quià eius vmbra viuentes, nè Reipublicæ offenderent Iuriſdictionem, armata ligna non tenebant in Gulpho: Indè ſtatim Præfecto claſſis mādatum, quod primò Melitenſes moneret, vt in Adriaco à rapina abſtinerent; ſecundò non deſiſtentes puniret. *Paul. Paruta. p. 366. lib. 7.*

Ordinaria autem pœna, qua Piratæ à miniſtis Reipublicæ puniuntur, eſt quod laqueo ſuſpenduntur. Sic anno 1208

cum

cum Veneta claſsis nauigaret Corcyram, vixque extra ſinum, Leonem Vetranum natione Lyguſticum, eo tempore inter piratas primum cum nouem longis nauibus offenderet, inito certamine, proſternuntur Ianuenſes, Vetranus capitur, ſuſpenſus pœnam capite ſoluit *Bardi.* ſub anno 1208.

QVO TITVLO

Veneta Reſpublica poſſideat Mare Adriaticum.

Cap. IX.

VSq; adhuc inter D.D. vel hiſtoricos circà legitimam maris poſſeſſionẽ nulla eſt controuerſia; vndè diceret *Angelus conſilio ſupra citat.* 220. diſputandum non eſſe an Reſpublica Sit Adriaci domina, nè diſputatio veniat in deriſum. Modò verò dum quærimus, quo titulo Sereniſsima Reſpub. nacta Sit Adriaci poſſeſsionem; non idem apud omnes, nec ſinè lite deciſio. Dicunt aliqui ex priuilegio; dicunt alij ex præſcriptione; volunt multi ex conſuetudine; veritas eſt quod huiuſmodi dominium minimè venit

nit ex priuilegio, ſed dicitur Venetæ Reipublicæ ſimul cum libertate connatum. Vndè ea quæ inſeruiunt ad Venetā propugnandam libertatem, repetas etiam prò Adriaci dominio, Ex hoc videas quam vetuſtus ſit titulus. Nota tamen non totum ſimul ab incunabulis naſcentis vrbis, illi ſubiectum Adriacum, quià nec fuit, nec vires habebat, quibus defenderet, ſed paulatim quantum deſerebant Cæſarei, tantum piratarum clade acquirebant Veneti, eo titulo, quo bona prò derelicto habita, primo occupanti conceduntur. Ea ratione, qua à Muudi primordio occupati ſunt agri, fundata ſunt Regna, ſtabilita Imperia. Si poſteà quæras quomodo tale, & tantum conſeruatum dominium? Solutionem remito ad caput ſecundum pręſentis libri, vbi habes Veneti

San-

Sanguinis flumina, Adriaticas ſuperæminere vndas ibi habes quòd ex profuſis ſubſtantijs prò hoc vnico maris ſinu, totum ſibi comparaſſent Orbem, non Oceani partiunculam; quæ tamquam ſubdita rapidè currit ad ſui adorandam Reginam.

Dici etiam Poſſet Adriaticum non mutaſſe dominium, quia cum ſub Romanorum ſtaret imperio, & à Romanis eſſent Veneti prognati, non aliud quam iure poſtliminij detectum barbarorum illud velamen, quod tanti populi obtenebrabat libertatem.

Vel igitur poſtliminio reuerſum; vel derelictum ab antiquis poſſeſſoribus, nouos inuitaſſe colonnos, qui iure belli contra barbarorum tyrranidem, immemorabili ſeculorum ſerie legibus Gentium propugnauerint ea, quæ natura donauerat.

Vnius

Vnius fuit in conſeruando titulus, vel perſequutio tituli; & fuit bellum. Bellum, quod tanto decantatur inter auctores, per ipſum vinci ius naturale: ab ipſo, ſeruitutis opprimi iugo, quæ iure gentium ſtant libertate donata. Victoria omnia tribuit in manu victoris, & gentium legibus, illius fundi quod quis bello captum poſſidet, dominium habet. D.D. omnes ad *leg. pupillus. §. territorium. ff. de V.S.* & per totum. *cauſ. 33. q. 2, 3. 4. Do tibi* (inquit Iacob, Geneſ. 48. 22.) *partem vnam Superfratres tuos, quam à manu Amorrhæi cepi gladio meo, & arcu meo.* videas Deuter. 20. 14. vbi Dominus: *Omnia eius ſpolia diripies tibi, & frueris præda hoſtium, quam tibi Deus dederit.* Sic Plato de legibus: *Lex eſt ſempiterna inter homines, capta hoſtium vrbe eorundem res atquè pecunias victori cedere.* ad idem facit illud

An-

Antiphanis apud Plutarchum in vita Alexandri: *Optandum, vt hoſtibus bona adſint ſinè virtute; ſic enim fiunt illa non eorum, qui habent, ſed eorum qui capiunt.* Ad idem facit dictum Iuriſconſultorum: quod intrà fines terrendi bellis geſtis Victores populi terras omnes, ex qubus victos eiecerunt, publicè atquè vniuerſaliter territorium dicunt. Siculus Flaccus *de condition. agrorum.* Sequitur Baptiſta Aymo *de alluuionibus. c.* 17. *num.* 11. *lib.* 1. Et in terminis currentis difficultatis Franciſcus de Ponte lib. de *poteſtate Proregis. cap.* 17. Rex irruens in hoſtes cum exercitu, ibi eſt territorium Regis, & tale territorium dicitur à terrendo. Et ſicut dicitur Geneſ. pri. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas,* ità etiam fertur ſuper mare poteſtas habendi Iuriſdictionem. *Bald. in cap.* 1. *column.* 2. *quib. mod.*

feud.

feud. amittat. & ibi Aluarot. co-lumn. 3. Fel. in cap. Rodulphus. num. 7. de reſcript. Iacob. de Leonard. inter conſilia Bruni conſ. 114. Hinc eſt quod bona, per Dauidem ab Amalecitis excepta, ipſe ſua dixit, habuit, & diuiſit. Audias Romanos contra Volſſos olim poſſeſſa repetentes: *Nos Romani honeſtiſſimas eas, atquè iuſtiſſimas credimus poſſeſſiones*, quas belli lege captas habemus; nec verò induci poſſumus, vt ſtulta facilitate deleamus virtutis monumenta; ſi eas illis reddamus, quibus ſemel perierunt. Imò verò tales poſſeſſiones non tantam cum his, qui nunc viuunt ciuibus noſtris communicandas, ſed & poſteris relinquendas cenſemus: tantum abeſt, vt parta relinquendo, in nos ipſos ea conſtituamus, quæ in hoſtes conſtitui ſolent. *Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 6.* Si igitur ius belli tantum

tum valet (nota) in acquirendo; quantum valebit in conſeruando? Huius igitur marini dominij principium à natura, medium à gentibus, finis in ſorte, ſors in manu Domini pſal 30. *Qui hunc humiliat, & hunc exaltat.*

Obij: probando tale dominium Reipublicæ competere iure tantum priuilegij, non Belli, non occupationis in re prò derelicto habita, prob. Sic: Maris dominium exordium traxit ab ea nauali victoria, quam Veneta reportauit claſſis contrà Otthonem Imperatoris Aeneobarbæ filium, prò Alexãdro III. Sũmo Pontifice, qui veſtibus indutus nauticis, profugus Venetias venit in cuius ſignum ſemel in anno, Aſcẽſionis die Dux Venetorum mare deſponſat. *Chriſtianus Matthias de quatuor monarchi.* Si igitur authore Pontifice huiuſmodi celebratur deſponſatio,

ſatio, vnicum marini dominij fundamentum; certè ſequitur ex Pontificis priuilegio Venetos in poſſeſſione Adriatici miſſos fuiſſe.

Antequam ſoluam argumentum, ſciant oppoſitionis auctores data etiam hyppotheſi ex impoſſibili, quod alicuius maritimi ſinus per Pontificem poſſet concedi dominium, quandò donatarius ſimilibus Venetorum fulciretur meritis, nulla ex ſuperueniente cauſa, poſſibilem fore priuilegij reuocationem. Duplex enim in primo libro aſſignauimus priuilegium: gratuitum vnum, oneroſum alterum. Illud quod à mera Principis venit liberalitate, non habita meritorum conſideratione, & ſicutì gratis datur, gratis etiam valet reuocari. Alterum verò quod ſolum meritorum declaratur intuitu, & ſicutì gratis nō

da-

datur, itá nè gratis valet reuocari. Hoc priuilegium quod onerosum dicitur, emptioni & venditioni aſſimilatur, quæ ſine pretio non conſiſtit; vndè deſinitur, de pretio conuentio. *tit. de empt. & vend.* Itá in priuilegio oneroſo, loco prætij numerantur merita, adquè caſum noſtrum, merita cruenta. hæc per tranſennam iam enim habent oppoſitionis authores, quid velim per hãc doctrinam.
℞. ad obiect. parum prodeſſe priuilegium, quando tradens ſit deſtitutus iure. nemo enim dat, quod non habet, nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat. *leg. nemo plus. de* ℞. I. Quale ius habet Pontifex in mare Adriaticum? habet illud ius, quod habet in cætera temporalia regna mundi: quandò igitur vltrà non habet, nihil habet. *In criminibus non in poßeßionibus*

nibus poteſtas veſtra, quoniam propter illam, & non propter has accepiſtis claues regni Cęlorum, preuaricatores vtiq; incluſuri non poſſeſſores. Vt ſciatis, ait Matth. 8. quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, &c. quænam tibi maior videtur poteſtas, & dignitas? dimittendi peccata? an prædia diuidendi? ſed non eſt comparatio. Habent hæc infima, & terrena iudices ſuos Reges & Principes terræ. Quid fines alios inuaditis? non quia indigni vos, ſed quià indignum vobis, talibus inſiſtere; quippe potioribus occupatis. D. Bernard. de conſider. ad Eugenium. nullum igitur à Pontifice priuilegium.

Quod ſi dicas à multis doctoribus perlecta fuiſſe priuilegia? reſpondeo non eſſe priuilegia neq; poſſunt eſſe, ſed ſunt declaratoria iudicia, & ſententiæ, quibus releuatur iuris titulus in re de facto poſſeſſa; vt cognoſca-

tur

tur titulum non eſſe ſurreptitium, & mala fide introductum. Declarant igitur ſi quę ſunt ſcripturæ ius anteà poſſeſſum, nullum verò de nouo ponunt, nec habent quod ponant. Quod hoc verum, perlegas verba Alexandri III. Duci Ciano annulum porrigentis. *hunc accipe* (inquit) *& me authore ipſum mare obnoxium tibi reddito, quod tu tuique ſucceſſores quotannis ſtatuto die ſeruabitis, vt omnis poſteritas intelligat maris poſſeſſionem victoriæ iure veſtram fuiße*. nota ly. *maris poſſeſſionem victoriæ iure veſtram fuiſſe*. ergò non ex priuilegio. Petr. Iuſtin. Moriſoto. ſcribunt alij: *vt omnes intelligant maris poſſeſſionem iure belli veſtro deberi imperio*. *Cirillus Michael.* Item prò maiori intelligentia do inſtantiam: Immunitas Eccleſiaſtica tum in rebus, tum in perſonis, eſt nè de iure diuino? affirmatiuè

tiuè reſpondent Potnificij do, & ego diſputationis gratia. Sed dubitat Helfricus Vlricus Hunnius colum.1. diſputat. 12. ad Treuthlerum: Clerici dicuntur exempti à Politico magiſtratu, Imperiali priuilegio vt patet in *nouell.79.nouell 83.& nouell.123.* ergò non iure Diuino, alias fruſtatoria huiuſmodi redderentur priuilegia. Huic difficultati reſpondent *Colleg. Bonon. in reſponſo prò libertate Eccleſiaſtica. Septem Theologi in tractatu de interdicto contra Paulum Seruitam. Io: Pedrezzanus contrà Paulum Seruitam. Io: Filoteus;* & cæteri qui tempote Interdicti prò Romana ſcripſerunt curia: huiuſmodì priuilegia Imperatorum, non eſſe rigorosè priuilegia, ſed tantum declaratoria iudicia & ſententias illius immunitatis, quæ iure diuino Eccleſiaſticis competit perſonis; vndè ad ſolam

clariorem inſeruiunt notitiam illius iuris, quod etiam antè nouellarum vigebat promulgatio. nem. Dicam & ego: Pontificum priuilegia (ſi ſunt) nil noui in Rempublicam tranſtulerunt, quià Romana curia nec de facto, nec de iure potuit, vel poteſt; ſed tantum vnà cum cæteris Monarchis faſſus eſt Romanus Pontifex Adriaci dominium ad nauigationis ſecuritatem in Reipublicæ ſcrinio à natura depoſitum.

(***)

VTRVM

VTRVM VENETI

Teneantur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.

Cap. X.

PRæſcriptione, & conſuetudine maritimum firmari dominium, paſſim apud D. D. reperio. Quod non nego; minimè tamen in caſu noſtro conſentio præſcriptione vel conſuetudine Venetos indigere, qua maritimi titulum nanciſcantur dominij. Ad quid ergo conſuetudo in præſenti, quæ toties ab expoſitoribus repetitur? quæ duodenario ſeculo hominum vincit memoriam? indubitabiliter venit, ipſos non teneri ſuæ poſſeſsionis oſtendere titulum; non ea ratione, qua

ipſi ſuperiorem in terra non recognoſcunt, & in temporalibus ſolum Deum vltorem habeant, hoc enim ex ſuperabundāti: ſed quià inter priuatos etiam, nemo tenetur ſuæ poſſeſſionis oſtēdere titulum, quandò ſulcitur conſuetudine, quæ hominum vincat memoriam. Hoc titulo conſuetudinis, ferè omnia Regum, & Principum acquiruntur regalia. *Bartol. in l. hoſtes ff. de capt. leg. 1. ff. de aqua pluui. arcen. Iaſon conſ. 70. lib. 3. Aymon de antiquit. p. 4. Anton. Corſet. de exc. regis. q. 104. Balb. de præſcript. 2. p. 5. quæſt. 2. Caſtal. de imper. quæſt. 53. Couar. in cap. peccatum de R. I. in 6 p. 2.* §. 11. Narrant Gregoras, cum Catanæ maioribus datta eſſet ab imperatoribus Græcis Phocæa, adiectam legem vt ſinguli ſucceſſores ſcriptam ædederent profeſſionem ſe tenere adminiſtratorum titulo; *nè inobſer-*

uatus

uatus diuturni temporis lapſus, ius Imperatoris excluderet. Sic Rex Agrippa contrà Iudęos, qui iam amiſsā prætendebant recuperare libertatem, Bello reſiſtente & conſuetudine. *Honeſtum quidem eſt pugnare prò libertate, ſed id olim factum opportuit. at qui victi ſemel ſunt, & longo tempore paruerunt, Si iugum excutiant, faciunt quod deſperatorum hominum eſt, non quod libertatem amantium. Ioſeph. in orat. ad Iudæos.* Tantum enim valet conſuetudo, quantum valet pactum. *In conſuetudine ineſt conuentio. Plato.* Tantum valet conſuetudo, quantum lex ſcripta. ideò, *conſuetudinem vincere, dura eſt pugna; Tertull. ſuper pſal. 30. Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis. Senec. in prouerb. maxima eſt vis vetuſtatis, & conſuetudinis.* Cicero in Lælio. *Conſuetudo ſimilis eſt naturæ.* Ariſtotel. Reth. 1. cap. 11. *nam cum ipſæ leges nulla*

ex alia cauſa nos teneant, quam quòd indicio populi receptæ ſunt, meritò & ea quæ ſinè vllo ſcripto populus probauit tenebunt omnes. nam quid intereſt, ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? quarè rectiſſimè etiam illud receptum eſt, vt leges non ſolum ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur. leg. de quibus. ff. de legibus. & Paulus. *Imò magnæ authoritatis hoc ius habet, quod in tantum probatum eſt, vt non fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere. l. imò. 36. eod.* quapropter *Si de interpretatione legis quæratur, in primis inſpiciendum, quo iure Ciuitas retrò in eiuſmodi caſibus vſa fuit. Optima enim legum interpres conſuetudo l. 37. eodem, omne* (enim) *ius aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo.* Modeſtinus in *l. 40. eod.* Ex hoc concludit Ouid. *1. de arte amandi.* —— *nil conſuetudine maius.*

Et

Et Archidiaconus. *omnia iuſta, omnia licita facit vetuſtas*. Sic in c. ſuper quibuſdam de V. S. *auctoritate apoſtolica duximus declarandum, illa eſſe pedagia ſalinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent Imperatorum vel Regum vel Lateranenſis Concilij largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine, à tempore cuius non extat memoria introducta*. & in Nicæno Concilio. *mos antiquus perduret in Aegypto, Libia Pentapoli*. Quandò igitur in re prò derelicto habita, occupationis eſt introductus titulus, totquè conſuetudinis ſeculis continuatus, ad quid naturæ inueſtigare principia, maximè in corpore politico, cuius anima, eſt ipſa quies? quandò nec tituli habetur memoria?

Tantis fundatū lapidibus Adriaci dominium nemo tentabit, ſed & in hodiernum diem, venerantur Dalmatæ, Iſtri, Liburni,

Picæni, Apuli, Imperatores, Summi ipſi Pontifices, Venetos vocant dominos; Venetorum opem & auxilium implorant, vires ſupremumquè eorum imperium fatentur, & recognoſcunt omnes. Si enim mare claudunt; hoc faciunt Hiſpani; faciebant Aegyptij Reges in mari rubro, ferrea catena occludentes tranſitum.

Si piſcationem prohibeant, iam à mundo percogniti agere, quod omnibus iure gentium dattum, De feris, piſcibus, auibus illud notandum: *qui imperium habet in terras & aquas, eius lege impediri poſſe aliquos nè feras, piſces, aues capere, & capiendo acquirere eis liceat: atquè hac lege teneri etiam exteros. ratio eſt, quià ad gubernationem populi moraliter eſt neceſſarium, vt qui ei vel ad tempus ſe admiſcet, quod fit intrando territorium, ij conformes ſe reddant eius populi inſtitutis. nec ob-*

obſtat quod ſæpè in iure Romano legimus iure naturæ aut gentium, liberum eſſe talia animalia venari: hoc enim verum eſt, quandiù lex ciuilis nulla intercedit, ſicut lex Romana res multas relinquebat in illo primæuo ſtatu, de quibus aliæ gentes aliud conſtituerunt. Cum autem lex ciuilis aliud conſtituit, eam obſeruari debere ius ipſum naturæ dictat. Lex enim ciuilis quamquam nihil poteſt præcipere quod ius naturæ prohibet, aut prohibere quod præcipit, poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere, & vetare quod naturaliter licebat, atquè etiam ipſum dominium naturaliter acquirendum vi ſua anteuertere. Hugo Grotius. de iure belli lib. 2. cap 2. §. 5.

Si igitur prohiberent piſcatum, rem iure gentim exercerent permiſſam: ſi enim poteſt prohiberi venatio, ergò, & piſcatus; cum piſcatio, nil aliud ſit, quam venatio in mari. *Plato in*

Sophiſta. agerent quod conſuetum Principibus Boruſiæ. *Oinot. inſtit.2. tit.* 1. Cæſareis, vt in *nouell.* 56.57. Anglis, qui halecum piſcatum, nonniſi cum tributo concedunt. *Selden. lib.2. cap.*21. *Pontan. diſcuß. hiſtor. lib* 1. *cap.*14. Luſitanis, quoad piſces grandiores in litus eiectos, qui occupantis non fiunt, ſed aut fiſci ſunt, aut eorum, quibus Princeps indulſerit. *Burgus lib.*1. *cap.* 18. Gallis, apud quos, prouentus omnes maritimi tripliciter diuiduntur: prò Rege, prò Præfecto maris, prò repertoribus. *Burgus ibid.* Hiſpanis, vt Duci Medinæ Sydoniæ, cui ſoli, octuaginta numorum mille, in piſcatu, redditus. Duci *d'Arcò*, viginti mille. *Io: Boter. lib.*1. *Europæ cap. de Hiſpania*. Polonis, quorum Regi maris eſt ſuprema poteſtas in omnibus. *Idem c. de Pomerania.*

Sic

Sic ſi vectigalia imponunt, nemo reclamat quià idē apud omnes; Sic facit Rex Daniæ in mari Balthico contrà naues Olandiæ, Zelandiæ, Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Noruegiæ exigendo gabellas. *Io: Boter. lib. 1. p. 2.* Sic vectigal æquorum & neti, quæ Iſthmū Syriacum tranſibant, accepit Rex Solomo. Sic ditati Maſſilienſes ex foſſa, quam ex Rhodano in Mare Marius duxerat. *vectigal exigentes ab ijs, qui nauibus aſcenderent, aut deſcenderent.* *Strabo lib.* 4. Idem fecère Romani prò Rheni tranſitu. *Etiam in pontibus* (Seneca) *prò tranſitu datur.* Idem voluère antiqui Veneti Ciſalpini, de quibus Cæſar. *In magno impetu maris atquè aperto paucis portibus interiectis quos tenent ipſi, omnes ferè qui in eodem mari vti conſueuerunt, habent vectigales.* Idem habent Angli hodierna die in eſtuarijs &

 ſinu-

ſinubus ſuis, quas cameras Re-
gias appellant. Sic Sueciæ, &
Noruegiæ Rex in Boſſico ſinu.
In Megarico, Corinthiaco,
Iſſico, Turcarum imperator. Sic
Ianuenſes in mari Lyguſtico.
Sic florentini in Thuſco. Sic
Summus Pontifex in ea parte,
quæ Eccleſiæ dicitur. Sic Rex
Galliæ in Aquitannico, Brita-
nico, Normanico, Gallico. Sic
Hiſpaniarum Reges in maribus
ſuis; Sic Principes omnes: Mun-
dus totus hoc iure vtitur. *Ca-
cheranus deciſione Pedemonta*. 155.
num. 4.

Sic ſi naues armatas Adriaticum
ingredi prohibeant; faciunt,
quod conſuetum Romanis in
Carthaginenſes, & vice verſa;
teſte Liuio lib. 48. *&* 49. Simile eſt,
quod Sultanus Aegypti ex pa-
cto cum Græcis duas tantum
ſemel in anno trans Boſphorum
armatas mitteret naues. plura
ſu-

ſuprà vide in primo libro: quæ tamen ſuperflua, cum aduerſus extraneos agamus, *aduerſus quos vitioſa etiam poſſeſſio prodeſſe ſolet. Venuleius. leg. vltima. ff. de Adquirend. poſſeſſ.*

(*,*,*)

IVRISCONSVLTORVM

auctoritate maritimum Venetorum declaratur dominium.

Cap: XI.

A Studiorum primordijs mihi mos fuit, non auctoritatū pondere, ſed argumentorum Stylo veritatis diſſecare pectus. Nec inter auctores, qui gregatim paſcuntur, vmquam cathedras concupiui. Ex hoc habes cur infimo loco, Iuriſtas, & Hiſtoricos repoſuerim, quos etiam ſilentio donarem, quandò ex ordine qualicumquè, ipſis prætermiſſis, noſtra clareſceret aſsertio. Vndequaquè maledicos conſauciatos volo, idcircò ex infinito doctorum catalogo minimum,

celebriorum tamen, tranſcribam numerum.

Anteſignanus omniũ eſt D. Thomas lib. 4. de regimine Principum, opuſcul. 20. cap. 8. *In partibus autem Lyguriæ: Emiliæ, & Flaminiæ quæ hodiè Lombardia vocatur, nullus principatum habere poteſt perpetuum, niſi per viam Tyrannicam: Duce Venetiarum excepto.*

2 2. Angel. Aretinus inſtitut. 2. de rer. diuiſ. §. & quidem. n. 3. *licet hic dicatur mare iure naturali commune, tamen Veneti, & Ianuenſes longiſſima præſcriptione ſibi acquiſierunt, & appropriauerunt partem maris &c. & per hoc infert quod poßent imponere gabellas, & paßus nouos, & etiam tranſeuntibus per eorum mare cum mercibus: derogatum eſt enim iuri communi, per contrarium vſum.*

3 3. Arnoldus Vinn. eod. num. 4. *Hodiè Veneti maris Adriatici, Baltici Rex Daniæ, magnæ Britanniæ Rex maris circumflui*

do·

4 *dominium ſibi vindicant.* 4. Petrus Gregorius Tholoſan. p. 3. lib. 6. cap. 14. num. 18. *Veneto Duci hoc ius aurei annuli indultum ab Alexandro III. Summo Pontifice anno* 1170. *quem proijciunt in mare Duces electi, vt mare deſponſantes, & in poſſeſſionis adeptæ imperij maritimi Symbolum.*
5 5. Ruin conſil. 28. *Quod mare præſcribi vel acquiri poſſit præſcriptione aut longa Conſuetudine tenet etiam Glo: in leg. ſanè ſi maris ff. de iniur. dicens quod Veneti, & Ianuenſes longo tempore præſcripſerunt Gulphum maris.*
6 6. Iulius Ferret. de re naual. in tom. 12. tractat. p. 329. num. 23. *Veneti prudentia ſua maris Adriatici iuriſdictionem & dominium præſcripſère per tantum tempus, cuius initij memoria hominum non extat in contrarium; vt aliàs dixi in libro terreſtris antiquæ illuſtratæ, & inſtauratæ militiæ in tractat. de non pugn. niſi præmente neceſſitate; nedum per an-*

nos 100. ſed mille & vltrà. Sciente, & patiente vtroquè Orbis luminari, Papa. s. & Imperatore: propterea Bald. & Saly. & communiter D.D. in leg. 3. Cod. de naut. fænor. tenet dominos Venetos in ſuo Gulpho maris Adriatici legitimè imponere gabellis, & pedagia 7. Io: Bertachi. tom. 12. tractat. p. 53. num. 20. *Quinimò dicit Salicetus valere ſtatutum Venetorum diſponens, quod omnes merces portentur Venetias, & ibi ſoluant datia, vel Gabellas, quia Veneti ex conſuctudine ſunt domini*

8 *maris Adriatici.* 8. Nicolaus Feſtaſius de æſtimo, & collectis p. 193. tractat: tom. 12. num. 28. *Dic tu tamen quod Veneti natura liberi ſunt. Rurſus cum Ciuitas vt in mari fundata, nacti ſunt Veneti libertatem, & de iure prohibent alios, nè*

9 *per Gulphum ſuum nauigent;* 9. Socin. Iunior. conſ. 73. num. 5. *Quapropter ſiuè ex priuilegio conceſſo, quod aſſerit Albericus de Roſ. in leg.*

cun-

cunctos popul. C. de Trin. ſe vidiſſe in bulla aurea ſigillatum, ſiue præſcriptione tanti temporis cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, ſiuè
10 *natura nihil refert.* 10. Bened. Bontius de cenſib. tom.6. tract. p.167. num.40. *Principes in litoribus maris cenſus conſtituere valent, quia quod natura liberum eſſe voluit, Seruum, & proprium fecere, vt eſt mare Thirrenum quod Piſcis, & Adriaticum Venetijs inſeruit.*
11 11. Beneuen. Stracca de nauig. num 8. *Quibus addes, quæ planè & eleganter ſcripſit Angel. conſil.* 290. *num. Veneti ius prohibendi habeant, nè quis in Adriatico ſinu nauiget? R. habere, idquè ex tempore, cuius origo hominum memoriam an-*
12 *tecellit.* 12. Baldus in leg. 1. ff. de rer. diuiſ. num.4. *Venetiani, & Ianuenſes ſua maria habent diſtricta ex inueteratiſſima conſuetudine &c. ſed numquid hoc prætextu nauigantibus per ipſorum mare poſſunt imponere*

ga-

gabellas, & confiſcare merces inconſulto Principe, & videretur quod non vt leg. 1. *Cod. noua vectig. &c. In contrarium tamen videtur, quià totus mundus hoc iure vtitur, & ſic derogatum eſt legibus contrarijs.*
13 13. Bartholom. Cæpolla. de ſeruitut. ruſtic. præd. c. 26. de mari. num. 10. *Veneti in eorum imperio* habent regalia & iura fiſci nec ſuperiorem ſaltem de facto recognoſcũt. *Ideò in mari* Adriatico poſſunt imponere Gabellas & confiſcare merces, & bona *Sicut in ciuitate Venetiarum*. quià tantam Iuriſdictionem habent in mari, quantum *in Ciuitate Ve-*
14 *netiarum.* 14. Angelus conſil. 289. & leg. ſanè. ff. de iniur. *Et ideò quià Veneti per tantum tempus, cuius initij memoria non extat, prò vt eſt notorium nauigare ipſi ſoli ſunt ſoliti per illum Gulphum, & cæteri omnes ſoluũt dictis D.D. Venetis Datia, & gabellas; iam apparet quod*

proprietatem ipſius Gulphi acquiſiuerunt, & poßunt imponere, & augere gabellas, & datia in mari, & alijs ius nauigandi interdicere per eorum Gulphum.
15 15. Iaſon in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iure. n. 27. *Item Gulphus maris Venetorum eſt in eorum dominio, & poſſunt interdicere de iure Ianuenſibus & alijs nè*
16 *poſſint in Gulpho nauigare.* 16. Albericus de Roſate. C. de Sum. Trinitate. leg. cunctos populos. n. 19. *Rex Franciæ & Hiſpaniæ & aliæ prouinciæ multæ, & etiam Ciuitas Venetiarum, exemptionem allegant, & præſcriptionem tãti temporis*
17 *cuius memoria non exiſtit.* 17. Bartolus in leg. iniuriarum. §. ſi quis ff. de iniurijs. *Nota prò Venetis qui dicunt ex longa conſuetudine ſe habere iuriſdictionem in mari eorum.*
18 18. Salycetus l. 5. cum proponas. Cod. de naut. fœn. num. 5. *Vlterius vides hic, quod conſuetus nauigij locus etiam in mari eſt ſeruandus*

dus, quod nota prò Venetis, qui deueta habent in mari, & mercantias aduerſas volunt in Venetijs præſentari, & ibi vectigal ſolui; hoc enim facere poſſunt ex conceſſione Principis, vel per antiquam conſuetudinem, cuius contrarij memoria non exiſtat.

19 19. Thadæus Piſon. Soaci. inſtit. 2. §. flumina. de rer. diuiſ. *Maris enim & littorum dominium præſcribi poteſt, tanto ſcilicet tempore cuius initij memoria nõ extat &c. Sic Veneti in Mari Adriatico Iuriſdictionem huiuſmodi præſcriptione*

20 *conſecuti ſunt.* 20. Peregrinus de iure fiſci lib. 8. cap. 1. num. 13. *Ac ideò ex vi huius ſuperioritatis inferunt Iuriſprudentes, quod qui reperitur in Gulpho maris Adriatici, reperitur in Territorio, & diſtrictu Principis Veneti, & qui iudicant in eo mari, iudicant in territorio & diſtrictu Venetorum, &c. Ex eadem ratione ſuperioritatis, & Iuriſdictionis, Princeps Venetus poteſt*

teſt nauigantibus per mare Adriaticum indicere gabellas, leges perſcribere, nauigationes permittere, & prohibere, etſi aduerſus præſcripta factum fuerit, merces confiſcare.
21 21. Io: Oinotom. inſtit. 2. tit. 1. *Sicut Veneti in mari Adriatico iuriſdictionem huiuſmodi præſcriptione conſecuti ſunt, vnde, & nouas gabellas tranſeuntibus per eorum mare*
22 *imponere poſſunt.* 22. Nicaſius. eod. *Si tamen quis in aliquo diuerticulo maris tanto tempore, cuius initium non eßet in memoria hominum, exercuiſſet actum piſcandi, vel nauigandi, diceretur ibi habere poſſeſſionem ad tales actus faciendum, &c. Veneti appropriant ſibi aliquam par-*
23 *tem maris.* 23. Petrus Zambon. de mari Adriatico p. 13. Adriaci nomen venit *dalla Città di Adria, dalla quale paßò poi queſto mare nell' Imperio Romano, è nell' horribile inuaſione de Gotti, che à guiſa di fulmini rouinorono Traù, Sebenico, Zara,*

ra, Puola, Segna &c. peruenne come derelitto in poteſtà de Venetiani i quali à fronte vi ereſſero la merauiglioſa loro Città; verſo la qual'ei corre quaſi vaſſallo, è tributario à riuerir la ſua Regina, mutato il nome di Adriatico in Gulfo di Venetia.
24 24. *Epiſtola increpatoria ad Laurẽtiũ Motinũ De Mare* Venetorum. *Hac ab origine vrbis ſuæ Venetos poſſediſſe Adriaticum, luce meridiana redditur perſpicuum; Si enim vrbs in mare sũpſit exordia, & Vrbis fuerunt Veneti Domini, Veneti quoquè fuerunt Domini eius, in quo erat vrbs;*
25 *igitur domini maris.* 25. Gulielm. Vueluuod. de Dominio maris. *Cæpola enim affirmat, Venetos poſſe nauigantibus in Gulpho ſuo imponere gabellas; rationem addit, quia to-*
26 *tus mundus hoc iure vtitur.* 26. Franciſcus de ingenuis. §. velim. *Etenim Sereniſſimam Rempub. Venetam in mare Adriaticum dominium poteſtatemquè habere, non ipſa-*

tantum experientia diuturna, & intemerata ſeries tot ſæculorum locupletiſſimè teſtantur: ſed etiam
27 *Claræ ante oculos &c.* 27. Cirill. Michael in articulo de mari Adriatico. p. 1. tenet Sereniſſima Veneta Veſpubiica *antiche è legali ragioni inueterate, approbate, acconſentite da tuto il Mondo da grādi, è da piccioli da Prencipi, è da tutti gli ordini ſino dalli vltimi plebei*
28 *con preſcrition de ſecoli, &c.* 28. Seldenus in mari clauſo. lib. 1. c. 16. *Quod ad tempus attinet recentius, ſeu ad mores ac iura Gentium quæ etiam num florent; illuſtrius in eo nihil eſt ad rem, quam diſpicimus, dominio Maris Adriatici, quo per tot ſecula ampliſſima Venetorum Reſpublica eſt gauiſa. Teſtantur illud & agnoſcunt, non ſolum Hiſtorici paſſim, ſed*
29 *& Iureconſulti &c.* 29. Theodor. Grauſuuinchel. contra Burgum. c. 5. *Habet hoc Sereniſſima iſta Reſpublica, flos omnium Rerum pub.*
ver-

(*verbis abſit inuidia*) *indelibatiſſimus, alienum nihil vt iactet: ſuum tueri iuxtà & ſueta, & contenta. Dolet mihi, Burgũ, (cui ſanè & faueo & aſſurgo honoris ergo, doctiſſimo quippe, doctorum amanti, ſe queq; immortalitatis traducem reddere qua feliciter annitenti) paſſum ſibi hoc tam inconcinnum verbum* ερκοσ οδοντων, *effugere. Nedum vt illa omnis Idæa prudentiæ, ipſam à qua prudentiam addiſcere poteſt Prudentia, illi poſt Deum Prudentiæ ſuæ, quæ omni iure deputat, quod quaſcumquè omnis æui veterum poſſe, Reſpublicas reliquerit, in id vocanda ſit imprudentiæ* σφάλμα, *quod nec in illis, quibus anima (quo nè computiſcant) prò ſale data eſt, iura præſumunt. Aliena iactantem, etiam opprobrium comitatur. Suum vt quiſpiam, priuatos ſi ſpectes, nulli bono: ſi poteſtatem: Si nominum Summorum, & Summa, nulli egregio publico. Fidenter aſſero, edito, defendo, Sereniſſimam Vene-*

ne-

netorum Rempublicam, nihil hac in theſi iactare: id verò quod ſuum eſt, ſuum omni iure defendere ac tutari. Burgus ipſe ſic aſſerendi mihi in au-ctorem cietur, claudetur. Superfluis, & quæ ab ipſo, vt omnia, floridè enarrantur, omiſſis, quæ in argumentum trahit, hæc ſunt, quod imponantur nauigantibus vectigalia; quod armatæ naues ingredi Adriaticum prohibeantur; piratas exterminent; Sereniſſimus Dux in veri ac perpetui dominij ſignum, mare proiecto in id annulo velut pronubo deſponſet. Omnia hæc quanta quanta ſunt, ipſi aſſerenti largimur, vt vera, etiam vt æterna ſit in ſpem ſuam æternitatis inſtitutæ Reipub. Deum ſuppliciter deueneramur, toti vouemus. Quid intercedit, vt in Vrbem ſuam, ditionum ſuarum territoria importare: quid cupientibus, vectigalia, telonia, portoria, indicant. Nulla non Rempublicarum id fecerit iure ſuo: facimus id Batauí; faciunt

omnes: planè, vt cum Poeta loquar, petimuſquè, damuſquè viciſſim. Nulla ſuper hoc vmquam lis intenta, totum ipſum, & pinguius loquendo, corpus ipſum ſi ſpectemus: ſi quæ vicinos aut grauent, aut premant, ad amica & rationi conſentanea moderamẽta venire non detrectantiũ, ad ſummũ materia eſt. Quod armatis nauibus Hadriaticum ingredi non liceat, nequè noui quid habet, nequè quid antè inuſitati, nedum iniuſti. Romanis rerum dominis citrà turbatæ pacis, aut perduellionis crimen, armato nulli fas fuit ingredi Mediteraneum: & quidem iure. Huic qui contradiceret, nemo repertus eſt.

30 30. Burgus in mari liguſtico. lib. 1. *ac Sanè Veneti apertiùs, quam cæteri, hoc imperium iactant, die Aſcenſionis Seruatoris Sacra, proiecto in pelagus ſolemniter annulo, quaſi maritimas nuptias celebrantes.*

31 31. Angelus Matthæacius. lib.

32 1. de via iuris. 32. Io: Baptiſta

Leo: in conſideration. ad Guicciard. Auguſtus Treo in ſuo panegirico. Iacobus Chirciola in ſuo conſilio in ſupplim. Hiſtoriæ Huſchiochor. Proſper Vrbani contra Emanuelem Torteſiglia Hiſpanum. Io: Baptiſta ſcuto. inſtit. 2. tit. 1. Capaccius in Hiſtorijs vrbis Neapolitanæ. Ludouicus de Thuear. in comentar. quæ edidit ad Sybillæ Erithreæ epiſtolam. Felynus. cap. quarta. de præſcript. Ioan. Monachus. c. vbi periculũ de elect. in 6. Syluelter Aldobrandinus. inſtit. 2. de rer. diuiſ. Io: de Anania. cap. 2. de clerico Venatore. Satyra Menippæa Liberi Vincenti Holandi. Gryphiand. de Inſulis. c. 3. num. 55. & cap. 25. num. 39. Paulus de Caſtro l. 9. ff. de iudicijs. & in l. depræcatio. ff. ad l. Rhod. de iactu.

HI.

HISTORICORVM

Auctoritate, Adriatici Maris Domini Veneti Declarantur.

Cap. XII.

EX Hiſtoricis etiam nonnullos referre cenſui, nè vllus reſtet dubitandi locus. Minucius Minuci. Hiſtoria Huſchochorum, quorum incurſionibus, cum *la nauigatione reſtaße impedita, & il comertio interotto, & in Coſtantinopoli ſi faceſſero lamentationi, & minaccie contro Signori Venetiani, come quelli, à quali per la conditione della pace toccaua di tenere netto il Golfo Adriatico, e libera la nauigatione*
3 *per li mercanti.* 3. Io: Bernard. num. 377. *Però qualunque Popolo ò Prencipe puo vantarla in mare lo-*

quitur de protectione) *può ancora de Giuriſditione vantarſi del dominio dell'iſteſſo mare. E queſta ragione è la principale tra l'altre ſu la quale fondano i Venetiani il dominio*
4 *del loro Mare Adriatico.* 4. Christianus Matthias. in Theatro Hiſtor.p.938. *Fugientem Pontificē proſecutus eſt imperatoris Ottho filius 75.nauibus:cum quo ad Saliorū promontorium in Peraſenſi tractu ad oram Iſtriæ conflixit Venetæ claſsis ductor Cianus,& 48.nauibus captis, Otthonem interceptum Venetias abduxit. Vrbem cum triumpho ingreſſo Pontifex annulum aureum porrexit; quo ſe authore,in mare proiecto, id ſibi deſponderet.*
5 *bi deſponderet.* 5. Petrus Zābon. de mari Adriatico p.13. Adriaci nomen venit *dalla Città di Adria, dalla quale paßò poi queſto mare nell' Imperio Romano, è nell'horribile inuaſione de Gotti, che à guiſa di fulmini rouinorono Traù, Sebenico, Zara, Puola, Segna &c. peruenne come*
de-

derelitto in poteſtà de Venetiani i quali à fronte vi ereſſero la merauiglioſa loro Città, verſo la qual'ei corre quaſi vaſſallo, è tributario à riuerir la ſua Regina, mutato il nome di Adriatico in Gulfo di Venetia.
6 6. Pius II. Pontifex Maxi. in deſcription. Europpæ. cap. 50 *Apud Venetos terra mariquè potentiſsimos; qui nomen Italicum apud barbaras nationes; longè latequè clarum fecère.* & infrà. *Pacem cum Turcis non tam honeſtam quam neceßariam fecerat.* Imperiumquè Venetum terra mariquè longè
7 ampliauerat. 7. Io: Nicolaus. Doglioni. in amphiteatro Europæ p. 905. *Si hebbe Guerra con gl' Anconitani, & ſeguirono molte fattioni, ma pur nel fin ſi quietarono, Confeſſando quelli di Ancona, che Venetiani erano legitimi, & veri pa-*
8 *troni del mar Adriatico.* 8. Michael Zappulus Neapolitanus p. 359.
9 Hiſtoriar. Venet. 9. Italiæ Bre-

uis, & Accurata deſcriptio Vltraiecti ædita. ann. 1650. p 400. §. in ternaues. *Princeps comitatus Senatu Primoribuſquè vrbis, ceremonijs ab Epiſcopo peractis, mare ſibi deſpondet iniecto ad perpetuandum*
10 *dominium aureo annulo.* 10. Martinus Schoochius de imper. mar. c. 14. *De Venetis eorumquè potentia maritima*, vbi poſt receníitas ab vrbe condita nauales victorias de Turcico præſenti bello, ſcribit: *Taceo de bello Creterſi, Reipub. quidem, quod ſola illud ad decēnium iam ſuſtineat.* (quid diceret hac die) *quam graui, cetcrum tot naualibus victorijs, & tam iam ſplendidis, nec vnquam interituris trophæis illuſtri, vt difficile quoquè ſit ea omnia ad digitos reuocare. Hoc dixiſſe ſufficiat, eam ſolam Otthomanici imperij potentiam, qua Orbis non agnoſcit maiorem, tot per annos non modò frenaſſe, ſed & barbaros magno eorum malo docuiſſe, Impe-*

tium vt vt vaſtum, & plurimis exercitibus vallatum, non ſolum in ordinem redigi, ſed deſtrui quoquè poſſe ab vna gente, quæ mari duntaxat dominium obtinet. &c. 11. Hugo Grotius de iure belli, & pacis lib. 3. cap. 3. §. 15. *Naues armatæ Adriaticum ingredi ſinum per Venetos vetantur ex pactis: vide Thuanum. lib. 80. anno* 1584
12 12. Moriſoto. lib. 2. cap. 19. p. 467. *Sic æſtuaria, in quibus Venetorum vrbs condita eſt, cum ſinu Adriatico Venetorum ſunt.* Cæteros defatigata omittit tranſcribere manus, videas Io: Gobellinum Pij ſecundi Pontificis contemporaneum in libro tertio. recurras ad Carolum Sigonium de Regno Italiæ. Iacob. Sanſouinum lib. 2. Hiſtoriæ. Io: Baptiſtam Adrianum lib. 11. Florentinar: Hiſtoriarum. Leandrum. Sabellicum præclari nominis viros, qui non tam Venetæ vrbis primor-

dia, quam maritima prædicant iura. Petrum Iuſtin. lib. 15. Andre. Mauroc. lib. 12. ann. 1576. p. 489. Fortunat. Oliuo. p. 50. Iulium Farold. Nicol. Doglioni. lib 2. Io: Villani lib. 1. c. 5. Alexand: Moro in oratione habita in Amſtelodamenſium Lyceo. 1656. 25. *Iunij*. Alphonſum Ioſchi in compend. Hiſtor. p. 261. Io: Bernard. Veneroſo; p. 137.

Videas Geographos expoſitores Ptolomæi in Europæ tabulam ſextam, ſebaſtianum Munſterum, & ad illam in appendice, *cap. de Italia*, & in particulari tractatu, de Germania. ibidem videas Abrahamum Orſtellium, Michaelem Cognetum tabula *de Italia*. Arnoldum de Arnoldis Flandrum. Maginum; Roſaccium. Mercatorem eruditiſſimum, qui, vbiquè ſui Atlantis occaſione, mare Adriaticum

Gul,

Gulphum Venetum cum antedictis vocat. Sic Ludouicus Gotthoſredus in Arcontologia Coſmica. Sic Ianſonius. Sic Rubertus Dudleo Dux Nortumbriæ in ſuo arcano maris declarat. 2. & 3. fol. 10. tom. 2. Sic Gulielmus. Io: Blaeu. Io: Botero. lib. 1. Europæ. cap. de Italia. p. 67. Nicolaus Piſcator.

Quæres an perſonæ priuatæ ſibi maris valeant vindicare dominium?

℞. negatiuè: quià particulares termini in mari deficiunt; nec poteſt priuata perſona per ſe ſola partem occupatam defendere, niſi aliquod diuerticulum eſſet, quod palis poſſet circũdari; tunc enim ſi ibi ſolus pluribus eſſet piſcatus annis, cæteros prohibere poſſet *l. ſi quiſquam. 7. ff. de diuerſis & tempor. præſcriptio.* mare priuatum dicitur habuiſſe Lucullus, de quo Varro: *ad Nea-*

polim L. Lucullus, poſteaquam perfodiſſet montem, & maritima flumina immiſiſſet in piſcinas, quæ reciprocæ fluerent, ipſe Neptuno non cederet eo piſcatu. Plinius lib. ix. c. liv. *Lucullus exciſo monte iuxtà Neapolim, maiore impendio quam villam ædificauerat, euripum & maria admiſit. qua de cauſa Magnus Pompeius Xerſem togatum eum appellabat.* Et Horatius *lib* 3. *od.* 1.

Contracta piſces æquora ſentiunt
Iactis in altum molibus hunc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis, dominuſquè terræ
Faſtidioſus.

Tibullus:

Claudit & indomitum moles mare, lentus vt intra
negligat hibernas piſcis abeſſe minas:

Valerius Maximus de C. Sergio Orata. *lib.* 9. 1. *Peculiaria ſibi maria excogitauit, æſtuarijs intercipiendo*

do fluctus. Huius naturæ, quamplurimæ ſunt apud Venetos, piſcinæ, intra quas, non ordinatio lucro, cuiuſque generis repoſiti piſciculi, procreantur grandiores; beneficio illius, qui Principis permiſſu, eſtuaria condiderit. Sic Galliæ, ferè omnes nobiles proprium poſſident ſtagnum; circuitus decem etiam miliarium. *Io: Boter. lib. 1. Europæ c. de Gallia*. Siuè igitur publicè, ſiue priuatè Venetum, ſpectes conuentum, mari iura dantem reperies: Sub Principe totum Adriaticum volui; ſub ſubditis, maris interclauſum diuerticulum languido gemere murmure, inſpicies. Hinc celebre illud Sanazarij *lib. 1. Epigram.*

Viderat Adriacis Venetam Neptunus in vndis
Stare Vrbem, & toto ponere iura mari.

Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iuppiter arces
Obijce, & illa tuì mœnia Martis: ait.
Si pelago tybrim præfers: vrbem aſpice vtramquè
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

Dondinus in triumpho Veneto de triremibus Barbarorum, vt refertur apud Burgum *lib.*1. *cap.*5.

Adriaci Reginam maris, quam ſerua veretur
Thetis, & obſequijs vndantibus ambit aquarum.

Andreas Chioccus in poemate Iulij Strozzi.

Terrarum Dominam, cui nil primum, atquè ſecundum
Cernitur Adriaci qua patet ora Freti,
Aſtreæ columen, tum libertatis Aſylum
Virgineum pietas cui tegit alma caput.

His

His ſimilia, infinita darem; verum nè poeſim canere videar, Sit hic operi terminus, Sereniſſimę autem Reipublicæ, obſequij principium.

FINIS.

INDEX RERVM,

Quæ Specialiter in hoc opere continentur.

A

ABſtinere ab hæreditate quid ſit, & cur introductum. pag. 123.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Adriani inuidia. 148.

Adriaci maris nomen vndè veniat. 461.

Adriaci vectigal per Venetos impoſitum, originem habuit ab ingratitudine quarundam nationum. 407.

Adriacum mare nunc vocatur Venetum. 462.

Adria-

Adriaci confinia. 463. Cretam vſquè protenduntur. 464.

Adriacum mare qua ratione & quomodò in Venetorum dominio. 468.

Adriacum antequam occuparetur à Venetis, factum erat nullius. 469.

Adriaci dominium non totum ſimul à Venetis acquiſitum, ſed iuxtà virium incrementum. 472.

Adriaci tranſitus à Venetis nulli permititur armato nauigio. 508.

Adriacis trāſitus à Venetis quandò permiſſus quandò Principibus negatus. 425. 507.

Aeris datur dominium. 275.

Aiſtulphus Rex Longobardorum ſuperatur à Venetis. 382.

Alex. vi. mare diuiſit inter Caſtellanos & luſitanos. 80.

Alex. Magn. vinolentia. 179.

Alex. 3 Venetias profugit. 396.

Alaricus Imper. cum audiret perditam Romam, Gallinam credidit. 469.

Alex. 3. fatetur Venetos dominos Adriaci. 486.

Ali-

Aliena quomodò noſtra fiunt. 114.
alimenta ſunt magis neceſſaria, quam mare, & tamen particularia 118. *vectigali ſubiecta.* 136.
Anconitani Paſſi ſunt Venetos, dominos Adriaci. 486.
Anconitanorum, & Venetorum controuerſia in Concilio Lugdunenſi circà dominium maris. 87.
Antoninus Pius christianorum perſecutor. 185.
Antiochus Rex Syriæ dominus maris. 198.
Aquæ mutatio non tollit dominium, ſed ponit. 272.
aquam & terram offere quid ſignificet. 198.
aqua ex flumine quomodò poſſit deduci. 130.
aqua totam terram obrueret, niſi terminis circundaretur. 140.
Artaxerſis inceſtus. 178.
Aſsharradon Caldeorũ Monarcha. 174.
auferendo naturam ſequimur, non reſtituendo. 116.
Au-

Aurelij Corradi libido. 185.
Aurelius chriſtianorum perſecutor. 188
Aureliani crudelitas in ſororem. 190.

B

Baniani & Getæ vitia. 185.
Baptiſmus fictè receptus, reccedente fictione, iuuat. 195.
Baronius negans Alex. tertio reſtitutam per venetos triadem, conuincitur. 488.
Bellum eſt ad pacem. 126.
Bellum dicitur iuſtus titulus adquirendi dominium. 244.
Belſazaris vinolentia. 175.
Benmerodachus. 174.
Bononienſes faſſi ſunt Venetos dominos Adriaci. 495. 497.
Bruta non ſunt capacia iuris naturalis. 162.

C

Canale orphanum vndè dictum. 386.
Cambiſis vitia, 177.

Ca-

Caligulæ vitia. 181.
Cares fuere domini maris. 159.
Carolus Magnus liberos, & aquarum dominos faſſus eſt Venetos. 484. 492
Cæſaris ambitio. 180.
Chriſtus etiam quoad humanitatem habuit principatum omnium creaturarum. 62.
Cibaria in nauigatione fiunt communia. 118.
Claudij crudelitas. 181.
Chartaginenſes domini maris. 203.
Chinenſes non reccipiunt exteros intrà mænia. 322.
communia de iure naturæ, poßunt fieri particularia per ius ciuile. 89.
Communia occupantibus conceduntur. 91.
comunio rerum eſt de iure naturæ negatiuè 96.
comercia conſeruantur ex maris dominio. 317.
comercia cum omnibus nationibus expediunt. 221.
conſuetudo quomodò diferat à præſcri-
ptio.

ptione. 245.
Conſtantini magni vitia. 191.
Concilium lugdunenſe declarauit Venetos dominos maris. 484.
Concilium Tridentinum, fecit idem. 490.
Corinthij domini maris. 159.
Culpæ nullus expers. 192.
Cypri domini maris. 158.
Cypri Rex fœdere iungitur cum Venetis 415. teſtamento vxorem, & poſthumum Venet. Reipub. commendat.
Cyprum Veneti perdunt.
Cyri vita. 177.

D

Dalmatæ ſuperantur à Venetis. 381.
Dani domini maris. 185.
Darij Hiſtaſpis barbaries. 177.
Darij Nothi crudelitas 178.
Darij Codomani luxus. ibid.
Dauid etſi inter Iudæorum Reges iuſtior, criminibus & ipſe implicatur. 192.

Deus habet maius dominium in homines, quàm homo in pecudes. 149.
Deus omnium dominus. 328.
Delinquentes punire tam vrget in terra, quam in mari. 127.
Diuiſio rerum per iniquitatem introducta. 93.
Diuiſio rerum iuregentium inuenta. 103.
Didij Iuliani crapula. 185.
Dominij repugnantia non arguitur ex difficultate. 110.
Dominium etiam in incorporalibus. 112.
Dominia vt ſontes puniantur, introducta. 124.
Dominus re ſua etiam abuti poteſt. 247.
Dominium dicitur accidens inhærens ſubiecto. 263.
Dominij natura fundatur in terminorum diſtinctione.
Dominia cur introducta. 264.
Dominandi Regum libido. 193.
Dominium non tollitur per rei deſtructionem. 280. 281.
Dominium duo tangit poſſidentem, &

rem poſſeßam. 281.
Dominio non obſtat mutatio. ibid.
Ducis Veneti orig. 381.

E

Ebræi quandò domini maris. 150.
Eliogabali vitia. 188.
Aegyptij domini maris. 159.
Aeginetæ domini maris. 160.
Aemanuelis Imper. fraus contrà Venetos. 395.
Aeritrenſes domini maris. 160.

F

Flumina numerantur inter regalia Principum. 269.
Flumina agrum alienum aliquandò meum faciunt, & quomodò. 115.
Flumina tenent vim iudicum. 277.
Fodinæ priuatorum ſunt. 108.

G

Galbæ vitia. 182.
Galli domini maris. 208.
Galerij maximini ſuperſtitio. 190.
Gentes dantur, quæ nec legibus, nec moribus viuunt. 150.
Geographia quid. 292.
eius officium terram mareque menſurare ibid.
Gottorum preiodus per Venetos. 380.
Græci domini maris. 151.
Gregor. Papa declarauit Venetos dominos maris. 489.
Grex quomodò ſemper idem. 277.

H

Hetruriæ Dux dicit Venetos dominos maris. 498.
Hiſpani domini maris. 208.
Hiſpanorum inuidia contra Venetos. 435.440
Hiſpani dicunt Venetos dominos maris. 493.

Hiſtria, & Dalmatia quandò ſub Venetorum dominio. 190.
Holandi domini maris. 214.
Homo peior beſtijs. 304.
Homo mundum poſſidet iure precarij 330.
Homo dominatur in omnia præter Deum. 59.
Homo cur non dominetur in Angelos. 63.
Homo quomodò in hominem dominetur. ibid.
homo in mulierem dominatur. 64. in elementa. 65.
Homo habens pedem ſuper terram, & alterum ſuper mare, quem vidit Io: quid ſignificet. ibid.
Homo inter viſibilia dignitatem cuncta præcellit. 67.
Hominis gratia cuncta creata ſunt. ibid.
Homo dicitur ad imaginem Dei ratione dominij. 68. & principatus.
Homo quare omnium creaturarum poſtremus ſexta die conditus? 69.
hominis dominium ſuper cuncta eſt natura-

tura-

turale. 72.

Homo quomodò dominetur in animalia venenoſa. ibid.

Homines propter prætij participationem perdunt naturalem libertatem. 90.

Homiues à mundi primordio omnes vocabantur vno comuni nomine, homines. 195.

Homicidium aliquandò virtus eſt ratione publici.boni 148.

Hunnorum barbaries 388.

Hungariæ Rex dixit Venetos dominos maris. 494.

I

Ianuenſes domini maris. 211.

Ianuenſium victoria contrà Venetos. 413.

Ianuenſium deditio Vicecomiti mediolanenſi. 414.

Ianuenſium, & Venetorum contentio circà præcedentiam. 415.

Ianuenſium progreſſus in Venetos. 418.

Ianuenſes predicant Venetos dominos maris.497.
Ieſuitæ dicunt Venetos dominos maris, & per Venetos Alex.3. reſtitutam triadem.488.
Ieſuitæ prætendunt ipſius venti dominium.346.
Imago Dei in homine quomodò? 75.
Imperia etiam ſi abuſu conſurgant, à poſteris tamen legitimè poſſidentur.194.299.
Imperatores implorantes à Venetis Adriaci tranſitum.501.
Inſula in flumine nata cuius ſit.107.
Inſula in mari nata occupanti datur. 116. aliquandò non datur.117.
Ioannis Superantij fides ſolicitudo politica, patientia, pro Patria.444.450.
Iſtri ſuperantur à Venetis.381.
Iſraeliticæ terræ confinia.49.
Iſraelitæ dominabantur in mare.50.
Iſraelitæ quarè Amorhæum percuſſerunt.325.
Italiæ miſer ſtatus ſub anno 400. antè

& poſt 374.

Ius ciuile diuidit ea quæ relicta indiuiſa à iure gentium. 90.

Ius ciuile partim ſeruit, partim reccedit à iure naturali. 100.

Ius gentium non omnes tenet adſtrictos. 147.

Ius gentium cognoſcitur ex vniuerſali gentium vſu. 161.

Ius naturale eſt indiferens ad comunionem & diuiſionem 92.

Ius viget in armis inter non recognoſcentes ſuperiorem. 158.

L

Lex ideò obligat, quià à populo recepta. 157.

Lex à populo recipitur dupliciter, voto, & facto. 158.

Lex quomodò dicatur domina maris.

Lex ex malis moribus introducitur. 196.

Leo Imper. inſaniens contrà imagines Sanctorum. 382.

Les-

Lesbij domini maris. 159.
Litora ſunt priuata. 112.
Litorum vſus publicus eſt. 131.
in litore poteſt ædificari etiam cum incomodo cæterorum. 129.
Longimanus Fratricida. 178.
Luſitani domini maris. 209.
Luſitani & Caſtellani habent mare diuiſum. 80.

M

Maris decimæ quales. 58.
Maria vindicantur iure mancipij. 73.
Maris eſt territorium ſicut terræ. 78.
in mari Pontificio non licet omnibus piſcari. 76 78.
Mare dicitur eiuſdem naturæ ac litus. 98.
Mare quis fecerit comune. 101.
Maris proprietas dicitur habentium viciniora litora. 103.
mare poteſt fieri priuatum. 106.
Mare quomodò poſſit occupari. 109.
Maris ingreſſus poteſt prohiberi. 120.

Mare minus neceſſarium, quàm terra, nomine terræ comprehenditur. ibid.
Mare ratione bonæ fidei ſit particulare. 122.
Mare à priuata perſona poteſt præſcribi. 128.
Mare eſt acceßorium terræ. 133.
Mare iure nouiſſimo dicitur priuati iuris. 132.
Mare ſi eſſet comune, non eſſet nauigabile. 133. 295.
Maris dominium iuuat ad vberiorem piſcatum. 137.
Mare conſtat ex aquis ab inuicem diuiſis. 138.
Mare ſtat prò territorio marinis ciuitatibus.
Mari certi ſunt fines.
Mare nomina ſumit à regionibus quas alluit. 141.
Mare non diuiſum quoad totum ſed quoad partes. 142.
Maris dominium adhuc verificaretur, etiamſi nauigatio non poſſet probiberi. 144.

maritimi domini ius & obligatio. 145.
maritimi dominij effectus,
maris dominium penès omne Mundi nationes. 198.
maris dominium adprobarunt Canoniſtæ, Theologi, Iuris periti. 217.
maris dominij effectus. 243. 248.
maris dominium multipliciter acquiritur. ibid.
maris dominus poteſt impedire nauigationem 249. interdicere piſcatum 248. imponere vectigalia 251. punire delinquentes 253.
maris dominium non fundatur in aqua ſed in arena. 268.
mare dicitur comune negatiuè. 163.
maris natura eſt, quod ſit in continuo fluxu. 263.
mare reſpectu fluminum dicitur immobile. 269.
maria, & flumina dicuntur ad conuertentiam. 271.
mare quomodò ſemper idem 276.
mare habet ſuos terminos, 285. menſuras. 285. 294.

mare menſuratur vt terra.291.
mare preſcribitur. 306.
maris fructus.324.
mare quomodò commnne. 334. 338. 343.348.363.
mare ex Imper. Iuſtin.eſt ſub dominio & vectigali.337.
mare differt à flumine penè ſ fundi proprietatem. 345.
mare dicitur publicum.347.
maris dominium non reſpuit Imperat:in l. Rhodiam.350.
maris fatentur Poetæ.362.
maris deſponſatio apud venetos vndè. 397.
obiectiones contrà maris dominium. 263.332.
D.Marci Baſilica prius D.Teod erecta per Narſetem.380.
matthæus præpoſitus vectigali maris Galilæi.59.
Maximini vitia.189.
Maximilianus Imper.dicit Venetos dominos maris.491.
Mædi domini maris.199.

mi.

mineralia ſunt priuatorum. 108.
Minos maris dominus. 134. 152.
Mileſij domini maris. 159.
mulier quomodò non ſit ad imaginem Dei. 64.
mutatio aquæ non tollit ſed ponit dominium. 276. 280.
mutuum quomodò differat à comodato. 274.
mutatione æternatur mundus. 281.

N

Nabuchdonoſor. 174.
Naturæ incorruptæ tempore dabantur meum, & tuum. 94.
Natum omnibus, induſtriæ dicitur præmium. 140.
Nauigationis inuentor Noe. 142.
Nauigationis vtilitas 256.
Nauigationis pericula. 258.
Naxij domini maris. 159.
Naufragia reſarcienda. 127.
Narſes Iperatoris Exarchus in Italia. 475. *dicit Venetos liberos, & domi-*

nos aquarum. 483.
Neronis vitia. 182.
Nerua ira comotus moritur. 184.
Nimrod dominantium primus. 169.
Ninus idolatra. 170.
Nini iunioris mores. 172.
Noruegi domini maris. 211.

O

Ochi tirranides. 178.
Occupatio quocumque tempore introducit dominium. 95.
Octauiani libido. 180. vt per ipſam cognoſceret ſubditurum arcana. ibid.
Opilij Macrini vitia. 187.
Orbis figura antiquitùs reponebatur in manu imperatoriæ ſtatuæ. 130.
Oſunenſis Dux inſidiator venetorũ. 441

P

Papa ſi moriatur in mari eſt ſepeliendus in ciuitate ſub cuius diſtrictu eſt illa portio maris. 77.

Papa

Papa non habet dominium temporale. 82.
Papa dicitur legitimus Principum iudex. 84.
Papa Zacharias Regem Franciæ depoſuit. 85.
Papa Stephanus à Grecis in Germanos Imperium tranſtulit. ibid.
Papa Innocent. 4. Regem Portugaliæ depoſuit ibid.
Papalia teſtimonia declarantia Venetos dominos maris. 491.
Papæ implorantes à Venetis Adriaci tranſitum. 499.
Papa dominus maris. 208.
Pelaſgi domini maris. 156.
Perſæ inter gentes moratiores recenſentur. 175.
Perſarum regum filij quomodò educarentur. 176.
Perſæ domini maris. 19.
Pertinacis auaritia. 185.
Phænices domini maris. 159.
Phocenſes domini maris. 159
Phulbelochi auaritia. 173.

Phryges domini maris. 157.

Piſcandi, & nauigandi vſus tam in mari, quam in flumine eſt comunis. 102

Piſcatio poteſt interdici. 105. cur probibita certis temporibus. 307.

Piſcatio communis eſt domino non probibente. 343.

Pipinus Rex Francorum infeſtus Venetis, & ingratus. 384.

Poloni domini maris. 212.

Polycrates Rex Samiorum dominus maris. 197.

Populi dantur qui nec legibus nec moribus viuunt. 150.

Præcepta moralia obligabant etiam ante mundi creationem. 162.

Præſcriptio cur introducta. 244. 307.

Præſcriptio contrà ſeipſum non currit. 266.

Præſcriptio quomodo ſit ius ciuile. 312.

Præſcriptionis antiquiſſima origo. 311.

Præſcribi quæ poſſint? 313.

Principes non poſſunt præiudicare ſucceſsoribus. 145.

Priuilegium duplex: gratuitum & onero-

ro-

roſum. 245.

Pyratæ an poſſint puniri per priuatos 253.

Pyratarum pęna apud Venetos, 510.

R

Rauennates dicunt Venetos, dominos maris. 496

Reges implorates à Venetis Adriaci tranſitum. 503

Regia poteſtas venit à populi ſuperbia. 195.

Rhodij domini maris. 156.

Rhodiorum maritimæ leges. 80.

Roma vt condita eſt duos fratres in reges habere non potuit. 302.

Romanorum conuentio cum Carthaginēſibus circà nauigationem. 204.

Roma quomodò dicatur communis patria. 339.

Romani non fuere domini totius mundi. 340.

Romanorum Imperat. ſoccordia. 469.

Romani imperij tyrranni. 470.

S

*Saladini in Chriſtianos,progreſſus.*398.
Sardanapali vitia. 172.
Semiramidis libido. 171.
Sennacheribi crudelitas. 174.
Seruitus apud Chriſtianos non eſt in vſu. 147.
Serui dicuntur à ſeruando non à ſeruiendo.ibid.
Seruorum quandò redimuntur, prætium eſt in manu victoris,ibid.
Seruitus introducta euitandi mortem cauſa. 147.149.194
Seruitus introducta per ebrietatē. 158:
Spinetæ domini maris. 202
Sueci domini maris. 213.

T

Tenedos inſula quandò Venetis datta. 415.
Termini in Cælo, & aere poſiti ſunt tēpore Alex.VI. 81.
Terminorum carentia non tollit dominium.

nium.284.
Tergeſtini ſuperantur à Venetis.381.
Terra homini magis neceſſaria quam mare.120.
Territorium tam in terra quam in mari.129.
Thaſci nauis ſemper eadem apud Athænienſes.279
Thalaßometrica inſtrumenta.293.
Thiglai Philaſſar Iudæorum perſecutor 173.
Thyrreni domini maris.202.
Thraces domini maris.
Tiberij Claudij Neronis vitia.181.
Titi vitium certum, quale incertum.183
Traiani crudelitas.184.
Turcarum timor armantibus Venetis.436.
Turcarum perfidia, tyrannides.437.
Turcarum inſidiæ in Cretam, iuramento etiam velatæ.443.
Turcæ aggrediuntur Cretam terribili claſſe.446.
Turcæ domini maris, 214.
Turcæ poſt duos obſidionis menſes, Cydo-

Dalmatos Iſtros.381.
Emanuelem Imperatorem Græcorum.396.
Ezelinum.405.
Ferrarienſes, Pattauinos, Hadrieſes. 395. 430. Federicum Encobarb. capto eius filio.396.
Gallos.433.
Gothos. 380.
Græcos.395.404.411.
Hadrienſes.392.
Hunnos.389.
Ianuenſes.403.406.407.409.410. 411.414.416.419.
Iaderenſes.398.400.401.404.
Iſtros Dalmatas.381.
Longobardos.382.383.
Mauros.386.
Moriminum Regem Crouatiæ.392.
Narrentanos.386.387.390.391.
Normanos.392.393.395.
Pharenſes.391
Pipinum.381.
Piratas. 387.293.399.403.411. 434.436.442

Pi-

doniam capiunt. 448.
Turcæ quam timeant Venetorum claſſem. 459.
Tuſci domini maris. 211.
Tuſcum mare vndè appelletur. 461.
Tyrij domini maris. 199.

V

Vectigalia maritima antiquiſſima ſunt. 1[illegible].251. *licita.* 143. *iuſtiſs.* 318.
Vectigale Galilæum. 59
Veneti ſunt domini maris Adriaci ex Concilio Lugdunenſi. 87.
Veneti Gallici domini maris. 202
Venetorum dominium in Adriatico nemo negat. 373.
Venetiæ quando conditæ, & qua occaſione. 373
Venetorum victoriæ in Anconitanos. 408.
Aquileienſem Pathriarcam. 395. 412. *Bulgaros.* 290
Clumacienſes. 390
Cretenſes. 403. 415.

Dal.

Piſanos.393.399.
Rauennates prò Græco Imperat.381
383.
Saladinum.398.
Sarracenos.386.387.422
Tergeſtinos.381
Turcas. 394. 395.404.410.412.
414.415.422.425.432.435.438.
& 453.*vſque ad* 459.
Viſcontem.422.
Venetorum pietas, & *religio in Mantuano concilio*,424,*pro fide*,& *Pontifice*.409.382.
Venetorum pericula.418.
Veneti ab omnibus inuidentur.426
Veneti domini Adriaci clamantibus Anconitanis. 408. *Bononienſibus*. 409.*Pontifice*,*Cæſare*, *Regibus*, *Ducibus*,*populis*.499.475.510. *ratione*.457.493.
Veneti liberi declamatià Carolo Magnò: Imperatoreque Græco. 384.472.
Veneti capiunt Conſtantinopolim . 401.
Venetorum auxilia totus implorat, *ac veneratur Orbis*.400.

Venetorum in Iſtria progreſſus. 393.
Venetorum fides ergà Regem Cypri, prò vxore regis incomoda, arma. 427.
Veneti ab omnibus aggrediuntur Principibus, Duce Papa, inuidiæ cauſa. 433.
Venetorum defenſio pro Creta. 445.
Venetorum Heroes. 450.
Venetæ Maurocenæ nauis gloria, & fortitudo. 452
Veneti arcem S. Theodori recuperant. 454.
Arcem volo dictam concutiunt. Tenedos deuincunt. 458.
Venetorum merita erga Romanum Imperium. 471.
Veneti magis propenſi Imperio, quàm alijs Principibus. 472.
Venetorum oratio ad præſentiam Narſetis contrà Pattauinos prò libertate, & aquarum dominio. 477.
Veneti præcedunt Bauaris ex Concilio Tridentino. 490.
Veneti poſſident Adriaticum titulo occupationis, nō præſcriptionis, donationis,

nis, nec priuilegij. 516.
Veritatis argumentum eſt aliquid omnibus videri. 165
Veſpaſiani tyrranides.
Vindictam nemo ſumere poteſt, 254
Vitæ humanæ præſidia ignis, & aqua.
Vitia quæ nunc ſunt, & anteà erant. 303.
Vitia dominantium non tollunt dominium 169.
Vitelij vitia. 182
Vitia etiam apud gentes moratiores. 192.
Vniuerſitas quomodò ſemper eadem. 280.
Vſquè, particula non ſemper eſt excluſiua. 52.
Vſquoqueſi piraticam exercentes. 441. puniuntur tamquàm latrones à Venetis. 441.
Vſus ex abuſu conſurgit. 194.
Vſusfructus ſaluatur etiam in rebus vſu conſumptibilibus.

Xer-

X

Xerſis dementia, ſuperbia. 178. 158. 247.

FINIS.

1317633

B 6